201

…UNALE
…caffale 55
…chetto 2
…mero 201
…GNO

1r

14 · 43 · 88 · N. 261

Statuto della Città di Foligno di Filippo Roncalli 1714

23 · 74 · 90
26 · 45 · 90
23 · 46 · 90

Acquistato da un privato

6 · 9 · 10 · 15 · 31.

BIBLIOTECA COMUNALE
FOLIGNO

Iv

Statutorum

Civitatis Ausimie

Liber Primus.

De Mag. D. Gubernatoris iurisdictione, eiusq. obligationibus. cap. 1

Philippus Roncalli
1724

Et si primo ingressu statuere, et statuendo premittere de electione, iurisdictione, et officio pretoris, magis, iuxta potestatem nostram, nobis consonum, et a iure nostro non alienum fuisset; cum super facultate, et auctoritate Mag. Dni Gubernatoris, ut pote de re ad officium nostrum minime pertinenti, ad S. D. N. sive eius pro tempore Legatos, sive Vicelegatos statuere, et indulgere conveniat; nihilominus recolentes litteras quamplurimas in forma brevium de benignitate apostolica à Romanis Pontificibus Comitati, et Civitati nostre gratiose concessas extare, de Iurisd.ne et sue auctoritate d. Mag. D. Gubernatoris loquentes, multaq. alia disponentes, obligantes respective, prout in eisdem litteris apostolicis emanatis et obtentis latius continetur; considerantes à dignioribus inchoandum fore, initium, annuente divino numine, sumpsimus, et premittere decrevimus, de Iurisd.ne

BIBLIOTECA COMUNALE

facultate, et obligatione Mag.ci D. Gubernatoris. Verum
quia super premissis Brevia, seu litterę predicte loqui,
et statuere videntur, eas ad publicum omnium commodum,
et ut Gubernatoribus predictis apertius in notitiam
veniant, et in earum observantiam liberius se astringant,
et ne ut parvipenderentur a nobis, seu neglecte omitterentur,
Brevia, seu litteras apostolicas predictas fideliter ex suo
originali extractas, et de verbo ad verbum transumptas,
registrari, publicari, atque in proemi loco eorum, quę
super facultatibus et iurisdictione dicti Mag.ci D.ni
Gubernatoris dici possent, mandavimus ac con=
corditer deliberavimus. Addentes, insuperendo tamen
decretis, et constitutionibus emanatis ab Ill.mo et R.mo D.
Cardinali de Urbino Civitatis Perusię, Umbrię, almę
Provincię, et civitatis nostrę a latere Legato sub
cap. 5.o sive rub. incipiente. Quęque iura servanda
in premissis Gubernatores predicti obnoxij fiant
teneantur ante omnia servare statuta nostrę Civitatis,
ac de observandis iuramentum in manibus Rev.di D.ni
Vicarij R.mi D. Episcopi Fulginaten. pro tempore
existentis in eius introitu prestare, et in dictorum
Statutorum defectum, Constitutiones Marchię, et ubi
ex his omnibus occurrenti casui provisum non repe=
riretur, ius canonicum, vel civile. Tenor litt.
et Brevium predictorum est qui sequitur. Vid.t

Paulus

Lib. 1.

Paulus Papa Tertius ad futuram rei memoriam.
Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Communitas, et homines Civitatis nostre Fulginie, quod licet ex forma statutorum dicte Civitatis confirmatione ap.ca roborati Gubernator ipsius Civitatis pro tempore existens causas tertie instantie duntaxat cognoscere et terminare possit, causarum vero prime et secunde instantiarum tam civilium quam criminalium cognitio ad Potestatem, et Iudicem appellationum eiusdem Civitatis respective pertineat, dispositumque insuper sit per statuta predicta cui pene pecuniarie, quas persone inobedientes, ac treguas frangentes, et mandatis dicti D. Gubernatoris contravenientes incurrunt, applicande sint. Nihilominus Gubernatores eiusdem civitatis, eiusque officiales, et ministri, statutis huiusmodi minime attentis, in alienam messem falcem immittentes, sub varijs coloribus, et pretextibus, in eo presertim consisti, quod super gestis per eos ratione illorum officij ad Syndicatum stare, ac alias de illis rationem reddere, prout potestas, et iudex predicti faciunt, cogendi non sint; causas prime, et secunde instantie huiusmodi audire, cognoscere, et terminare, ac penas predictas sibi ipsis contra dictorum statutorum tenorem applicare nituntur, varia gravamina hominibus eiusdem

civitatis desuper inferendo, maxima cum d.^{te} civitatis perturbatione ac scandalo plurimorum. Quare pro parte Co[mmun]itatis et hominum prefatorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis opportune providere de benignitate ap[osto]lica dignaremur. Nos igitur considerantes, parum esse statuta fieri nisi observentur, volentesq[ue] quieti eiusdem civitatis consulere, Co[mmun]itatis, et hominum p[re]d[ictoru]m supplicationibus huiusmodi inclinati, Volumus, et auctoritate ap[osto]lica statuimus, quod Gubernator, et ministri, ac officiales p[re]d[ic]ti in causis primæ et secundæ instantiæ huiusmodi atrocioribus criminalibus causis, et civilibus, quæ quantitatem, seu valorem decem ducatorum auri de Camera non excedant, in quibus inter Gubernatorem, et alios d.^{te} civitatis Judices preventioni locum esse volumus, dumtaxat exceptis, etiam vigore quarumvis appellationum ad ipsum Gubernatorem, omisso medio, interpositarum, aut recursus, vel cuiusvis querelæ, seu quovis alio pretextu, vel quesito colore se intromittere, seu causas predictas sibi ipsis applicare non possint, nec valeant, districtius inhibentes sub excommunicationis pena moderno, et pro tempore existenti d.^{te} civitatis Gubernatori, ne contra presentium tenorem quomodolibet

facere

facere, dicere, vel venire audeat, vel presumat. Irritum quoque et inane decernentes, si secus super his a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non privilegijs, indultis, et litteris apostolicis ipsis Gubernatoribus sub quibuscunque tenoribus et formis concessis, approbatis, et innovatis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die xxvij. Novembris MDXXXXiiij. Pontificatus nostri anno 9.° Fabius Vigil.

Dilectis filijs Comitati et Hominibus civitatis nostrae Fulginij. Paulus Papa tertius. Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecistis, dudum vos quasdam a nobis in forma Brevis litteras obtinueritis, hoc sub tenore, Vz. Paulus Papa tertius ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij, comitas et homines civitatis nostrae Fulginij, quod licet ex forma[a] statutorum dictae civitatis confirmatione apostolica roboratorum Gubernator ipsius civitatis pro tempore existens causas tertiae instantiae duntaxat cognoscere et terminare possit: causarum vero primae et secundae instantiarum cognitio tam civilium, quia

a. Ex forma statutorum confirmatorum. Not. quod per istam assertionem Pontificis de confirmatione statutorum, seu per ista verba enunciativa dicitur probata confirmatio statutorum. Rip. in 3.° respon. de rescript. n. 1. ubi tractatur de communi opinione

criminalium ad Potestatem, et Iudicem appellationum
eiusdem ciuitatis respectiue pertineat; dispositumque
insuper sit per statuta predicta, cui pene pecuniarie,
quas persone inobedientes, ac treguas frangentes, ac
mandatis dicti Gubernatoris contrauenientes in=
currunt, applicande sint. Nihilominus Gubernator
dicte ciuitatis, eiusque officiales et ministri, statutis huiusmodi
minime attentis, in alienam messem falcem immittentes
sub uarijs coloribus et pretextibus, in eo confisi, quod
super gestis per eos ratione illorum officij ad syndicatum
stare, ac alias de illis rationem reddere, prout Potestas,
et Iudices predicti faciunt cogendi non sint, causas prime
et secunde instantiarum huiusmodi audire, cognoscere, ac
terminare, ac penas predictas sibi ipsis, contra dictorum statutorum
tenorem applicare nituntur, uaria grauamina
hominibus eiusdem ciuitatis desuper inferendo,
in maxima dicte ciuitatis perturbationem, ac scandalum
plurimorum. Quare pro parte communitatis et hominum
predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in pre=
missis oportune prouidere de benignitate apostolica
dignaremur. Nos igitur, considerantes frustra esse
statuta fieri, nisi obseruentur, uolentesque quieti
eiusdem ciuitatis consulere, communitatis et hominum
predictorum supplicationibus huiusmodi inclinati, Volumus,
et auctoritate apostolica statuimus, quod Gubernator,
ministri, ac officiales predicti, in causis prime et secunde
instantiarum huiusmodi atrocioribus criminalibus causis,
et

et similibus, que quantitatem, seu valorem decem du=
catorum auri de camera non excedent, in quibus inter
Gubernatorem, et alios dicte civitatis Iudices preuen=
tioni locum esse volumus,[a] duntaxat exceptis,
etiam vigore quarumuis appellationum ad ipsum
Gubernatorem, omisso medio, interpositarum, aut remissionum,
vel cuiuscunque querele, seu quouis alio pretextu, vel que=
sito colore se intromittere, easque causas sibi ipsi appli=
care non possint, nec valeant; districtius inhibendo
sub excommunicationis pena moderno, ac pro tempore
existenti dicte civitatis Gubernatori, ne contra
presentium tenorem quomodolibet facere, dicere, vel
venire audeant, vel presumant. Irritum quoque et
inane decernentes, si secus super his a quoquam quauis
auctoritate contigerit attentari. Non obstantibus
constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non
privilegiis, indultis, et litteris apostolicis ipsis Gubernatoribus
sub quibuscunque tenoribus, et formis concessis, appro=
batis, et innouatis, ceterisque contrariis quibuscunque.
Datum Rome apud S. Petrum sub anulo Piscatoris
die xxvij. Nouembris MD. XXXXiij. Pontificatus nostri anno X°.
Et licet statuta huiusmodi longo tempore usu recepta
fuerint, ac dictus Gubernator aliique eius officiales,
et ministri propterea ipsis litteris (ut parebit) parere,
et illis in aliquo contrauenire minime debuerint.

---

a. Preuentioni locum esse. Nota quod inter Iudices nostre civitatis in causis, que non excedunt valorem decem ducatorum est locus preuentioni.

Nihilominus, tam idem Gubernator, eiusq officiales, et ministri, ac etiam Sedis Aplicae Perusiae et Umbriae Legatus, Vicelegatus, Auditores, ac alij Iudices, et officiales eisdem litteris minime attentis sub varijs praetextibus causas primae et secundae instantiae huiusmodi audire, cognoscere, ac terminare nituntur, in maximum eiusdem civitatis grauamen et praeiudicium. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut in praemissis de oportuno remedio providere de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur, ut eo firmius obseruentur, quo recentiori munimine fuerint roborata, praeinsertas lras ex certa nra scientia approbantes, et confirmantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod de caetero moderni, et pro tempore existentes Gubernator, ac Legatus, Vicelegatus, et Auditores pti, eorumq ministri, et officiales in causis primae, et secundae instantiae huiusmodi, etiam vigore quarumuis appellationum ad eos, omisso medio, interpositarum, aut recursus, vel cuiushuiusque: cedae, seu quouis alio praetextu, vel quaesito colore contra praeinsertarum lrarum huiusmodi tenorem se intromittere non possint, nec valeant, eadem auctoritate aplica tenore pntium statuimus, et ordinamus, districtius inhibentes Legato, nec non Vicelegato, Gubernatori, et Auditoribus ptis, eorumq ministris, et officialibus, alijsq Iudicibus, et personis ne contra praeinsertarum, et pntium lrarum

tenore

errorem quicquam dicere, aut facere, vel venire audeant, seu praesumant. Decernentes sic per quoscunque Judices tam ecclesiasticos quam seculares, quavis auctoritate fungentes iudicari, et definiri debere sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi facultate, ac irritum et inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus dilectis filiis curiae causarum camerae apostolicae generali Auditori, vel eius locumtenenti, et Vicarijs venerabilium fratrum nostrorum Spoletan. et Camerinen. Episcoporum in spiritualibus generalibus, per praesentes committimus et mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus per se, vel alium, seu alios praeinsertas ac praesentes litteras, ubi, et quando, aut quoties opus fuerit publicantes, faciant auctoritate nostra easdem praeinsertas litteras firmiter et inviolabiliter observari. Contradictores quoslibet, et rebelles per ecclesiasticas censuras et poenas appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis privilegijs, et indultis, et litteris dictis Legato, Vicelegato, Gubernatori et Auditoribus, eorumque ministris et officialibus, alijsque Judicibus et personis sub quibuscunque tenoribus, et

formis in praeiudicium praemissorum concessis, confirmatis, et etiam iteratis, innouatis, ac concedendis, confirmandis, et innouandis. Quibus omnibus et singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et indiuidua, ac de uerbo ad uerbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaeuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi ac si de uerbo ad uerbum insererentur praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac uice duntaxat specialiter, et expresse derogamus; caeterisque contrarijs quibuscunque, aut si supradictis, uel quibusuis alijs communiter, uel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, uel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod pro tempore existens Legatus, seu Vicelegatus praefatus, ciuiles summam, seu ualorem trecentorum ducatorum auri excedentes, ac criminales, in quibus ultimi supplicij, seu alia corporalis poena de iure communi imponenda ueniat, ac alias, cum publicum scandalum oriri formidatur, causas ad partis instantiam, seu ex officio, uel alias quomodocunque, iuxta eius facultates, etiam praeuentas, audire, cognoscere, et terminare minime impediatur. Datum Romae apud S. Petrum sub anulo piscatoris die V. Aprilis M.D.XLVIII. Pontificatus nostri anno quartodecimo. Blo. El. Fulgin.

Sauly

Paulus Papa tertius ad futuram rei memoriam.

Cum sicut dilecti filij Cõitas, et homines ciuitatis nrę Fulginię nobis exponi fecerunt, Barisellus, Caldi, et socij militis, et alij executores, birruarij, pro culpa aliquo delicto, seu excessu in ipsa nra ciuitate, vel eius comitatu et districtu commisso, antequam delinquentes condemnati existant, executiones con ipsos delinquentes faciendo ab ipsis delinquentibus pro eorum executionibus huiusmodi. solutionem ad eorum arbitrium recipere, et exigere consueuerint in maximum ipsius Cõitatis, et hominum eiusdem nrę ciuitatis, et illius comitatus, et districtus preiudicium; et si per nos, quod executiones ipsę, nisi postquam rei condemnati fuerint, non fierent, ac quod pro tempore existens eiusdem nrę ciuitatis gubernator in fine sui officij syndicatui stare, et se ad id in principio sui officij obligare, et idonee cauere deberet, et teneretur, per nos statueretur, et ordinaretur, prospero felici regimini, et guberni, ac indemnitati ciuitatis, comitatus, et districtus huiusmodi non modicum consuleretur. Quare pro parte dictorum Cõitatis et hominum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, quod de cętero quicunque Barisellus, Caldi, ac socij militis, et alij executores, nec non birruarij, pro culpa

in civitate, comitatu, et districtu predictis aliquas exe=
cutiones tam contra personas, quam eorum bona, nisi de=
creto prius contra personas, et bona huiusmodi per Iudicem
mandato, ac ipsius mandati vigore facere; nec non
ratione executionis pro quacumque criminali causa de
cetero faciende quicquam à dictis delinquentibus,
nisi iuxta taxam per nos in quibusdam nostris eisdem
communitati, et hominibus nuper per nos concessis specificatam
exigere non possint, neque debeant. Ac modernus, et pro
tempore existens dicte nostre civitatis Fulginij Gubernator
syndicatui in fine sui officij coram loci ordinario,
vel eius in spiritualibus Vicario, ac una persona per
communitatem, et homines huiusmodi deputanda, nec non eius in
officio successore stare, et se ad id, ac de sententie per
ipsos syndicatores proferende parendo, quicumque post
modernum pro tempore existens Gubernator in prin=
cipio eius officij obligare, et idoneè cavere debeat,
et teneatur, ac ad id omnibus iuris et facti remedijs
oportunis cogi possit auctoritate apostolica tenore presentium
perpetuo statuimus et ordinamus. decernentes irritum
et inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Man=
dantes dilectis filijs curie camere apostolice generali Auditori,
et Vicarijs venerabilium fratrum nostrorum Fulginaten., et
Assisien. Episcoporum in spiritualibus generalibus, quatenus ipsi,
vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios
premissa omnia perpetuo et inviolabiliter observari faciat.

contradictores quoslibet, et rebelles per quascunque censuras et penas ecclesiasticas, et pecuniarias eorum arbitrio moderandas, et applicandas, aliaque iuris, et facti remedia opportuna appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac statutis, et consuetudinibus, necnon privilegijs, indultis, et litteris apostolicis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, ac concedendis, confirmandis, et innovandis, caeterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romae apud S. Mariam sub anulo piscatoris die 4. Julij M.D.XXXXVIII. Pontificatus nostri anno quartodecimo. Bl. El. Fulgin.

Paulus Papa Tertius ad futuram rei memoriam. Cum, sicut ad aures nostras, non sine gravi animi nostri displicentia pervenerit, quod Barisellus, scaldi, et alij executores civitatis nostrae Perusiae dilectos filios communitatem et homines civitatis etiam nostrae Fulginiae in executionibus causarum tam civilium, quam criminalium, quas tam in ipsa civitate Fulgin. quam extra eam per totum illius comitatum, et districtum hactenus fecerunt, et in dies faciunt, plus debito ab eis pro executionibus huiusmodi recipiendo gravaverint hactenus, et gravent. Nos eiusdem civitatis Fulgin. communitatem, et homines paterna benevolentia prosequentes, ac in praemissis, prout nobis incumbit, providere volentes, quod de caetero moderni et pro tempore existentes Perusiae et Umbriae Barisellus, scaldi, et executores, subexecutores, birruarij, vel alias quicunque alijque officiales, et executores quavis auctoritate fungentes, ac quomodolibet deputati, et deputandi in executionibus

quarumcunque tam ciuilium, quam criminalium causarum
intus et extra dictam ciuitatem Fulginiae, eiusque totum
illius comitatum, et districtum per eos faciendis
ab ipsis communitate, et hominibus, Videlicet in executionibus
quibuscunque ciuilibus ex quacunque causa admissis
et relaxatis intra bononenum unum pro quolibet
scuto; extra vero ipsam ciuitatem Fulginiae, et
per totum illius comitatum, et districtum, dimidium
promd. In criminalibus vero executionibus ex
quacunque causa faciendis intra dimidium, extra
vero ciuitatem Fulginiae praedictam, et totum illius
comitatum, et districtum, integrum praedictum, etiam
pro quolibet scuto, et non ultra exigere, et habere
debeant, auctoritate apostolica, et ex certa nostra
scientia tenore praesentium perpetuo statuimus, et ordi=
namus, ac sub excommunicationis, et officiorum priua=
tione, ac ducentorum ducatorum auri camerae apostolicae
applicandorum poenis, eo ipso, si contra fecerint,
incurrendis, obseruari uolumus, eisque districte prae=
cipiendo mandamus. Et nihilominus dilectis filiis nostro
ciuitatis Perusiae legato, seu eius Vicelegato, et dictae
ciuitatis Fulginiae Gubernatori, ac Vicario venerabilis
fratris Episcopi Fulginaten. in spiritualibus generali per praesentes
committimus, et mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus
eorum per se, vel alium, seu alios, praemissas literas, et in eis contenta
quaecunque sub eisdem, et aliis eorum arbitrio imponendis, et
applicandis poenis perpetuo inuiolabiliter obseruari
faciant. Contradictores quoslibet, et rebelles per

supra=

supradictas, et alias censuras, et pœnas ecclesiasticas,
aliaque opportuna remedia, appellatione postposita com=
pescen. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus
apostolicis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis,
cęterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romę apud
S. Petrum sub annulo piscatoris die xv. Aprilis
M.D.XLviij. Pontificatus nostri anno quartodecimo.
Blo. El. Fulgin.

De Prętore, et eius electione cap. 2.

Ad rempublicam civitatis Fulginei recte gubernandam,
et salubriter conservandam, duximus Pretorem
in ea valde necessarium esse, ideo de Pretore, et
eius electione statuere deliberavimus, ordinantes
et decernentes Pretorem d. civitatis pro tempore
eligendum ad sex menses tantum, esse debere
de loco distanti a d.a civitate per quindecim
milliaria ad minus, et de alio loco oriundum quam
precessor eius fuerit, et alias non exercuisse
d.m officium, vel aliud in d.a civitate ab annis quinque,
aliasque saltem per semestrale tempus eum exercuisse
aliquod officium preturę, vel iudicatus alicuius
alterius civitatis, vel terrę, et aliter eum proponi,
et eligi non posse, nec debere; et electionem, siqua
fieri contigerit contra formam presentis capituli
nullam fore, et esse, nullamque roboris firmitatem
habere; electionemque eius, qui fuerit de loco distanti,

et exercuerit officium, ut supra, infrascripto modo
et forma faciendam esse. Ut Quod Mag. D.ni
Priores civitatis pred.e qui pro tempore fuerint,
facta ipsis fide de premissis, debeant, et teneantur
sub vinculo prestiti iuramenti, et pena viginti
quinq. librarum denariorum pro quolibet d.rum D.norum Priorum
Comitati d.e civitatis ipso facto applicandorum, tempore,
quo eis videbitur, congregari facere locis, et more
solitis, et consuetis Mag.cum d.e civitatis consilium
centumvirale, eoq. in sufficienti numero congregato,
seu coadunato, ut moris est, proponere debeant, aut
eorum confalonerius, sive caput prior no(m)i(n)e omnium
debeat propositam facere de eo, qui querat Pretor
eligi, seu preture electionem consequi, an placeat
illum ad talem electionem eligere, seu illi eam
concedere. Et redditis super tali proposita De=
curionum consiliis, illisq., aut aliquo eorum, prout
d.is Mag. D.nis Prioribus, et Nouemviris d.e civitatis
magis placuerit, ut moris est, ad scrutinium positis,
seu posito, et suffragiis quorumcumq. postea redditis,
videre an placuerit eidem electionem concedere
premissam, et si repererint eam placuisse, et per
duas partes de tribus obtentam, talis electio sic, ut
supra premittitur, facta, valeat, et teneat, et
omnimodam, et irrevocabilem habeat firmitatem,
et si aliter fieret non valeat, et sit penitus, et omni=
no nulla. —— De

Liber primus.

De adventu et ingressu Rectoris cap. 3.

Statuimus, et ordinamus, quod Rector civitatis Fulginei, qui pro tempore fuerit electus, et electionem acceptaverit, confirmationemque electionis à S. D. N. habuerit, debeat se conferre una cum omnibus suis officialibus, totaque eius familia, omnibus suis sumptibus et expensis, absque aliquo dictae nostrae civitatis interesse, per biduum ante quam ineat officium ad ecclesiam S. Mariae in Campis prope civitatem praedictam existentem, ibique per dictum biduum, aut per unam diem, et noctem permanere, eidemque ecclesiae dare, et dimittere duos ducatos auri, quodque in die, quo aditurus est officium cum dictis officialibus et familia, ac cum vexillis apertis, caeterisque solemnitatibus solitis et requisitis se conferre ad ecclesiam S. Feliciani dictae civitatis protectoris, ante se ferri faciens bravium unum sericum valoris florenorum decem monetae papalis, dandum, et dimittendum una etiam cum uno ducato auri ecclesiae praedictae S. Feliciani, et duas pateras argenti ligae octo, et unciarum sexdecim suis armis ornatas dandas et dimittendas pro usu palatij dictae civitatis residentiae Mag.corum DD. Priorum, et quod si absque dictis confirmatione, solemnitatibus, et rebus accesserit ad officium non admittatur.

Eodemque die coram conservatoribus legum, et in manibus Cancellarij communitatis praedictae iuramentum

in forma solita prestare debeat, et teneatur, de bene
et fideliter exercendo suum officium, et de servando
d.te civitatis capitula, et statuta quecunque, ac refor=
mationes tam editas, quam edendas, et presertim capitula
edita in favorem Montis tam Pietatis, quam frumen=
tarij, et in favorem civium nostrorum ad extraor=
dinaria deputatorum, maximè contra inobedientes
eorum mandatis, et alias prout in capitulo sub
rubrica de iuramento Pretoris inferius descripto, et
annotato.

De iuramento, et iurata promissione Pretoris. C. 4.

Item dicimus, et ordinamus, quod D. Pretor civitatis Ful-
ginie, eiusque comitatus, fortie, et districtus teneatur,
et debeat iuramentum prestare, et iurando pro=
mittere sub infrascriptis modo, et forma, et continentia,
vt Deo optimo Maximo invocato. Ego Pretor
civitatis Fulginie, eiusque comitatus, et districtus
iuro, et iuramento promitto Deo omnipotenti,
et Cancellario Mag.corum DD. Priorum Mag.ce civi=
tatis Fulginie presenti et acceptanti, et stipulanti
nomine et vice civitatis Fulginie, et specialium
personarum ipsius, omniumque quorum interest, intererit,
aut interesse poterit quomodolibet in futurum,
ad delationem d. Cancellarij libro corporaliter
manu tacto ad Sancta Dei evangelia, fidem
catholicam secundum apostolicam, et evangelicam

doctrinam

doctrinam servare, fidelemq; fore et esse S.^mo D.N. P. Sedi Ap(ostoli)cę, Illmo et R.^mo D. Legato Perusię, et Vmbrię, eiusq; R.^mo Vicelegato, ac D. Gubernatori civitatis Fulginię, necnon communitati, et consilio eiusdem civitatis, civitatemq; ipsam, et populum mihi commissum à die principij mei regiminis usq; ad finem, libertatem, honoremq; iurisdictionem, statum pacificum eiusdem regere, et defendere, conservare, manutenere, et pro posse augmentare; cives, populares, et comitinas personas omnes eiusdem civitatis, populi, et comitatus cuiuslibet ętatis, sexus, status, gradus, conditionis, et qualitatis, et presertim religiosas personas, viduas, pupillos, et alios miserabiles homines, et ecclesias, hospitalia, loca religiosa, et eorum bona, et iura; officium M(agnifi)cor(um) DD. Priorum, Novemvirorum, Praesidentium iustitię, viginti de numero nunciatorum, superstitum nundinarum, Octo Montis Pietatis, et aliorum forsan deputatorum à d(ic)ta communitate, et consilio; Artis et artificum d(ic)tę civitatis, ac comitatus eiusdem; statuta omnia, capitula etiam mihi transmissa tempore meę electionis, reformationes, ordinamenta, provisiones, et decreta facta, et in futurum facienda per d(ic)tos DD. Priores et consilium d(ic)tę civitatis, et per quoscumq; alios

auctoritatem habentis, et in eis contenta attendere,
et penitus observare, et observari facere. Et stare
cum tota familia, et equis, quam, et quem tenere
debeo ad d.m officium regendum, et exercendum,
et continuo permanere in d.a civitate Fulginiae
pro eo administrando pro salario tantum per
d.a statuta constituto pro me meiss officialibus, et
tota mea familia, et mihi in electione transmissa
et capitulis eiusdem expresso, et declarato, ac pro=
misso, et ei stare, et acquiescere, et ultra id
aliquid non petere, nec recipere, nec peti, et
recipi facere, nec petere aliquod aliud arbitrium,
vel licentiam, sed stare, et acquiescere arbitrio
et licentiae mihi per dicta statuta concessis. Itemq;
de d.a civitate non discedere, sed stare, ut supra,
cum tota familia, officialibus, et equis, et in ea
moram trahere, nisi irem causa d.ae civitatis, aut
officij exercendi, vel alias cum licentia d. Mag.ci
Consilij dictae civitatis, vel nisi mea familia,
vel aliquis ex ea iret ex causis ut supra, vel
aliqua earum. Et per me, vel alium, seu aliquem
de mea familia, vel submissam, et personam aliquam
aliquid exenium, donum, vel praestantiam, com=
modatum, sive depositum in pecunia, vel rebus
alijs, aut partem aliquam condemnationis, seu

bandi ab aliquo de d.a civitate, vel eius comitatu vel incola, aut forense, aut aliquid aliud mihi prohibitum per premissa statuta, reformationes, provisiones, capitula, et decreta non recipere, nec acceptare; Iustitiam cuilibet petenti facere, et per meos officiales fieri facere, et ipsa nemini denegare; punire hereticos, scismaticos, eorumque receptores, et fautores; homicidas, venefices, falsarios, fures, latrones, sacrilegos, incestuosos, adulteros, percussores, et alios quoscunque malefactores, et male conditionis homines, iuxta iuris censuram; et banditos, et alios rebelles in manibus et in fortia mea habere, et punire, quantum in me erit, procurare, executiones facere, et fieri facere per meos officiales pro mercede mihi, et eis taxata, et non maiori Collectas impositas, et imponendas non solutas, et condemnationes, et omnes redditus d. cois exegui, et ad manus Camerarij d. communis, et non alterius pervenire facere. offerentes nobis aliquid illicitum, et simoniacum revelare, et manifestare in consilio d.e civitatis; haberemque semper manus meas puras, et candidas, et ab omni illicitis perceptionibus numque pollutas, staremque finito meo officio cum tota mea familia et officialibus in d.a civitate ad reddendam rationem nostri officij per tempus in statutis, et capitulis dicte

civitatis contentum, cuilibet de nobis, vel aliquo
de nostris officialibus et familia conquerenti;
nec facere nos, aut aliquem de nostra familia, vel
officialibus absolvi officio nostro durante; et syn-
dicatoribus nostris, eorumque consultoribus taxatum nobis
salarium solvere, et eorum sententiae acquiescere,
et non appellare ab ea, aut de nullitate dicere, vel
supplicare, et quod aliquis ex nostris officialibus, et
familia non appellabit, et quod nec aliquid oppo-
nam, vel obijciam, vel obtinere procurabo, nec
opponet, obijciet, vel obtinere procurabit. Et casu
quo appellarem, vel appellaret, de nullitate dicerem
vel diceret, et obtinerem, vel obtineret appellari posse,
et appellatione uterer, vel uteretur, volo quod ea
sit, et esse debeat ex nunc, prout ex tunc, et e contra
nulla, irrita, et inanis, et pro nulla, nulliusque mo-
menti habeatur, et quod in ea non audiar nec au-
diatur, et ei ex nunc prout ex tunc et e contra
renuncio, et volo atque intendo quod per eam exe-
cutio dictae eorum sententiae aliquo modo non retardetur,
aut impediatur. Et quod circa custodiam dictae civitatis,
castrorum, locorum, et fortilitiorum, et comitatus, et di-
strictus per me et officiales meos, et familiares ero
sollicitus, et attentus, familiamque meam mittam
de die, et de nocte, pro custodia civitatis inqui-
rendo, et rimando pro euntibus, et facientibus con-
formam statutorum, et ordinamentorum predictorum.

Et

Et quod omnia alia et singula faciam, et per meos officiales fieri faciam, ad quae teneor, et tenentur vigore alicuius statuti, reformationis, provisionis, capituli, aut decreti d(ict)ae civitatis, et bene, et legaliter, et puris manibus, amotis odio, amore, timore, prece, pretio, fraude, lucro illicito, et omni alia humana gratia, et eorum aliquod non praetermittam sub poenis, de quibus in d(ic)tis statutis, reformationib(us), capitulis, provisionibus, et decretis dictae civitatis respective incurrendis, secundum exigentiam casuum, in quibus contraventum fuerit, et applicandis prout in eis.

De officio Praetoris cap. 5.

Quoniam ubi fidei fundamentum deest, nihil boni superaedificari potest, statuimus, et ordinamus in primis, volumusque Praetorem d(ict)ae civitatis sub tali religione versari, quam Divum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio ipsa adhuc ab ipso instituta declarat, ipsum deinde fidelissimum, ac devotissimum fore et esse sacrosanctae Romanae ecclesiae, S. D. N. et co(mmun)itatis civitatis fulginiae.

Et quod idem Praetor teneatur nedum ad omnia et singula observanda, et adimplenda, quae expressa, et specificata apparent, et leguntur in statuto, seu capitulo proxime praecedenti sub rub. de iuramento Praetoris, vigore praestiti iuramenti, et

sub poenis iam dictis, quae omnia hic pro expresse repe=
titis, et specificatis haberi volumus; sed etiam ad omnia
et singula infrascripta vigore d. praestiti per eum iur.ti
et sub poenis incurrendis, et applicandis prout infe=
rius, si contra factum fuerit, in illis, aut eorum aliquo,
Item ut idem Rector continue in memorato officio
retinere debeat toto tempore sui officij suis sumptibus,
salario, et expensis infrascriptos officiales, Item unum
Collateralem legum doctorem expertum, sufficientem,
et idoneum per Maj.tem d.ni Principis, et consilium dictae
civitatis eligendum iuxta capitulum infrascriptum positum
sub rub. de electione Collateralis et eius officio,
cui per sem.trem pro eius salario dare, et solvere
teneatur de suo florenos sexaginta papales, ac
duos socios milites probos et expertos, duos notarios
extraordinarios legales, quorum nullus sit oriundus
ex loco, qui saltem ad minus non distet à civitate
praed.a per milliaria quindecim, et quorum aliquis
non fuerit officium in d.a civitate quinquennio,
famulos duodecim armigeros, et competenter
armis ac vestibus munitos, domicellos duos, et
equum unum bonum, et apparentem valoris ad
minus viginti scutorum auri, de quorum nominibus,
et cognominibus, ac locis, in quibus sunt oriundi,
et signis respective notitiam dare debeat Maj.ti d.ni

Principis

Prioribus, et conseruatoribus dictæ ciuitatis, ꝑ alios
D.nos Priores, et conseruatores legum Cancellario dictæ
ciuitatis tradendam, et per eum continuandam; et de
illis registrationem, seu monstram facere teneatur
singulis quindecim diebus coram d.tis D.nis Prioribus,
et legum conseruatoribus, uel saltem aliquo dictorum
conseruatorum, aut alias toties, quoties eis, aut alijs
d.tis D.nis Prioribus uisum fuerit, eorumque libero ar-
bitrio infra pauciores dies, seu breuius tempus; et qui
cassationi, et correctioni eorundem subiecti sint,
incurratque ipso D.nus Rector toties penas infrascriptas,
aut aliquam earum respectiue in casu contrauentionis,
quoties inuentus fuerit supradictos aut aliquem eorum
non retinere, et hoc modo uidelicet Pro Collaterali non
retento, seu punctato penam decem ducatorum auri,
pro quolibet socio milite penam duorum ducatorum auri,
Pro quolibet notario extraordinario penam unius
ducati auri, pro quolibet famulo, seu birruario,
et equo carlenorum octo, pro quolibet domicello
carlenorum quattuor soluendam ac statim exigendam
de salario dicti D.ni Rectoris per Camerarium dicti
Com.is à ministris Cameræ pro ipso Com.i, et ad eiusdem
utilitatem. Teneatur etiam toto tempore sui regiminis
postquam illam inceperit in palatio d.i Com.is sibi deputato
continue habitare, et residere, et non alibi. Nec possit
ire ad alicuius alterius ciuitatis uel terræ regimen

uel officium aliquod dicta Pretura durante, sed stare, et non discedere debeat de d.a ciuitate eius officio sub pena quinquaginta ducatorum auri de eius salario retinendorum, et exigendorum ut d.r in casu contrauentionis, si non fuerit, ut d.r Teneatur etiam sceptrum iustitię in suis manibus deferre, et domicellum unum ante se ducere cum pileo et ense, iuxta laudabilem consuetudinem, quoties de palatio suę solitę residentię de die exire contigerit. Et curare, quod eius officiales per dictam ciuitatem eunt sclauas deferant sub penam unius ducati auri applicandam d. communi, et de ipsius salario pro ipso coi exigendam, et retinendam, ut supra, pro qualibet uice in casu contrauentionis cuiusque respectiue. Teneatur etiam portare litteras ualidas suę coitatis, quarum uirtute eadem coitas se obliget non concessuram represalias, et se quomodolibet eis habitis, aut sibi concessis non usuram, ac se non impetraturum eas quoquomodo ob salarium predictum à camera, siue eius ministris non solutu sibi, aut ob condemnationem contra se, uel suos officiales, aut aliquem eorum latam, et factam in sindicatu. Nec possit extra ciuitatem Bisinię pernoctare, nisi causa officij, et pro exequendo d. suo officio. Et minus se absentare à d. ciuitate ex aliqua alia causa, nisi prius obtenta licentia à Mag.co Consilio dictę ciuitatis, et Potestas, qui se absentauerit per aliquot dies, aut

alias solum extra civitatem pernoctaverit sine licentia,
ut supra, durante dicto tempore, cadat in poenam centum
librarum denariorum applicandam dicto Co(mmun)i ipso facto, et per
Camerarium dicti Co(mmun)is exigendam, et in ipsum Commune
transferendam. Idemque Rector possit, et teneatur co=
gnoscere de causis civilibus, et criminalibus, ac extra=
ordinariis, easque terminare, et definire. Et facere debeat
singulis mensibus condemnationes de maleficiis. Et teneatur
iura Co(mmun)is Fulginie defendere, ac tueri, et pro ipsis inve=
niendis, defendendis, et conservandis investigare om=
ni qua poterit exquisita diligentia. Et teneatur cunctis
petentibus ius et iustitiam ministrare, et sedere publice
et palam pro tribunali ad eius solitum bancum iuris
ad ius reddendum, et causas audiendum de mane in
loco consueto suae solitae residentiae omnibus diebus iuridicis
à sono pulsatae campanae pro iure reddendo usque ad tertias.
Et in causis criminalibus ad inquisitiones ~~habeat~~ et
acta scribenda, habebit deputatum notarium maleficiorum.
In causis vero civilibus habebit tres notarios de dicta
civitate Fulginie, qui pro tempore extrahentur de bussolo
notariorum dictae civitatis facto per Mag(nificu)m Consilium dictae
civitatis, et qui acta civilium causarum conscribent,
se circa criminalia, vel dependentia ab illis non intro=
mittant, sicut nec notarius maleficiorum praedictus circa
civilia, annexa, et emergentia, ac dependentia ab
illis quomodolibet se intromittere non debet. Nos supra

à quolibet eorum in præd.ᵗ contrafaciente xx. librarum
denariorum qualibet vice incurrenda, et communi præd.
Perusinæ applicanda. Teneatur etiam querelas eorum
audire, et accusatorum, ac syndicorum, et aliorum, ad quos
spectat denunciationes recipere, audire, cognoscere, et
exceptiones, et testes diligenter examinare, et alia
facere, quæ viderit facienda, et ad eius officium spectare
et pertinere, easque, et alias causas quascunque, et inqui=
sitiones ad querelas, seu ex officio institutas diffinire,
et diffiniri facere per suos officiales infra tempus sta=
tutum, et ordinatum per commune d. civitatis, et tra=
ctare inter partes de concordia facienda, si de partium
fieri poterit voluntate; ac consuetudines laudabiles
et approbatas observare, et tractare, et facere omnem
honorem, et utilitatem civitatis Perusinæ, et habitantium
in ea. Non tamen possit alicui preceptum facere,
nisi sub pena vigintiquinque librarum denariorum. Nec
aliquem invitum cogere ad abolendum, seu abo=
leri faciendum, seu cassari aliquem processum,
vel aliquam condemnationem. Nec debeat alicui
aliquam verecundiam, iniuriam, vel damnum inferre.
Nec prohibitionem facere, ne ipsorum, vel amicorum
suorum petat, aut proponat. Nec habeat ipse Rector,
nec aliquis de sua familia et officialibus nimiam
conversationem et familiaritatem cum aliquo Peru=
sinate. et non possit ipse, nec aliquis eorum aliter
hospitari, nec comedere, aut bibere cum aliquo Perusinate

vel

vel habitatore ipsius civitatis, seu vel alio in ipsa
civitate; sed extra ipsam possit cum bussinatis bibere
et comedere quando pro aliqua ambasiata perget cum
eisdem. Et quod si contigerit ipsum Potestatem quandoque
ire pro aliqua re pertinenti ad ipsam communitatem
cum suis equis, non possit, nec debeat habere, nec petere
aliquo modo aliquam vecturam d. equi, aut aliquam
mercedem sui et suorum pro ambasiata predicta a d. Communi,
seu eius Camerario, et si contra fecerit perdat de suo
salario libras denariorum quinquaginta habendas, et
applicandas, ut d.a Item d.us Potestas faciat, et fieri
faciat per eius officiales condemnationes sententiarum
secundum formam statutorum d.e civitatis cum eis, que
occurrerint facienda, et si aliter faceret in quin=
quaginta libris denariorum Communi Fulginie, ut supra
applicandis condemnetur. Et quod d.us Potestas, et eius offi=
ciales nihil possint in pecunia vel rebus petere, vel
habere ab aliquo ex quacunque causa captivo civitatis
Fulginie, seu eius comitatus, et districtus, quem aliquis
detineret, seu detineri faceret in carcere, ad penam
prestiti iuramenti, et 25. librarum denariorum a quolibet
eorum de salario cuiusque eorum contrafacientis auferen(das),
habenda, et applicanda, ut dictum est. Et ipse Potestas
teneatur dictos carceres custodiri facere suis expensis.
Et si aliquis detineretur in d.is carceribus occasione

alicuius maleficij, seu debiti pro aliqua pecuniaria quan=
titate qui aufugeret de d.is carceribus, quod ipse Rector
teneatur ad restitutionem, et solutionem debiti, pro quo esset
detentus; vel condemnatus occasione condemnationis de
eo factæ. et si detineretur pro aliquo maleficio, pro
quo pœna mortis esset imponenda, vel imposita, vel
alia quævis corporalis in mille libras denariorum pœnam
incidat dictus Rector applicandam d. communi=
tati pœnam iuris. Item quod de caussis tam civi=
libus, quam criminalibus, ordinarijs, commissarijs, ac alias
quomodocunque, coram eo agitandis non possit nec debeat
sportulas exigere a [illegible], seu habitatoribus
dictæ civitatis, eiusque comitatus, et districtus. Item
quod in executionibus quarumcunque caussarum civilium
per ipsum, aut aliquem ex suis officialibus faciendis,
etiam ex quacunque caussa commissis et relaxatis, non
possit petere, habere, et exigere nisi bolonenum unum
pro quolibet scuto intra civitatem, extra vero civi=
tatem, et per totum illius comitatum et districtum
integrum etiam possit pro quolibet scuto. et hoc
intellecto, quod executionis huiusmodi præmium promissum
illi, seu illis non debeatur, nisi executione in effectu
facta. Item quod non possit ipse Rector, nec aliquis
ex suis officialibus, sub pœna 25. librarum denariorum
et interesse Montis Pietatis, per quemlibet contrafacientem

vice

uice qualibet incurrenda, et d. Coi de facto appli=
canda, executionem aliquam facere, nisi per bullectam
subscriptum à Cancellario d.e ciuitatis, et sigillo
paruo d. Cois sigillatum. Item non possit, nec aliquis
eius officialis possit in cuppis, seu tegulis aliquam
domum etiam exiguam, vel aliquid aliud coope=
rientibus, in bobus, vomeribus, curribus, aratris,
et artis pro laborando executionem facere sub pena
qua d.a proximè per contrafacientem qualibet
uice incurrenda, et d. Coi applicanda, et minus
eam facere possit in pannis de dorso, et à lecto,
si in alijs facere possit, de quibus in statuto dicto baiuli,
et minus testis de uicinia ex causa et debito
ciuili contra aliquem sub pena eadem proximè
dicta incurrenda, et applicanda ut s.a Non
possit etiam contra forenses portantes grasciam
ad d.am ciuitatem quacunque die aliquam facere
executionem in ciuitate, uel itinere pro causis,
et debitis ciuilibus, et minus contra montanos
comitatus, et districtus d.e ciuitatis in ciuitate
uel itinere in die sabati ex causis ciuilibus
pred. possit aliquam facere executionem sub pena
proxime descripta per contrafacientem quolibet
dictorum casuum, et qualibet uice incurrenda,
et applicanda, ut s.a Item quod non possit d.s
Potestas, et minus notarius ad maleficia deputatus
quouis modo, ac quesito colore recipere pecunias,

mercedem, aut rem aliquam à consulibus, syndicis,
et alijs quibuscumq. denunciatoribus, accusatoribus, et
reportatoribus aliquorum maleficiorum tam commissorum
intus, quam extra civitatem predictam, et committendorum
sub eadem dicta pena incurrenda, et applicanda
ut supra. Item quod de bononenis un. solvendo pro
qualibet petitione facienda in civilibus causis
coram socio milite scribenda per notarium dicti
socij militis de buxolo notariorum d. civitatis quaeren.,
aut alias quomodocumq. deputan. non possit, nec
debeat ipse, vel dictus eius socius miles ullo pacto
habere, et consequi aliquam partem sub pena pred.
incurrenda, et applicanda. Item quod requisitus
à Mag.cis D.nis Rectoribus, seu camerario eorum pred.,
aut à notario Capelle S.ti Corporis Christi, vel
prefectis Montis Pietatis, vel frumentarij vel
eiusdem exactore, teneatur exigere cum effectu,
et exigi facere omnia et singula credita eorum
respective, et relicta per simplicem extractum,
qui habeat vim bullettae executivae, et de facto sine
ulla requisitione, vel citatione, vel alia iuris
solemnitate, et pervenire facere ad manus cam.rij
et exactoris, ac notarij pred. respective, et sine
mercede aliqua sub pena decem librarum denariorum
incurrenda, et applicanda, ut s.a. Item quod cum
effectu facere teneatur, et faciat, ut quilibet ex

Dnis

suos socijs militibus, vel ex alijs suis officialibus execu-
turus vel facturus aliquam executionem, seu faciens
secum ducat, et habeat unum baiulum, vel syndicum
loci, in quo sit executurus, alias facta executio
sit nulla, et nihilominus Rector ubi contrafactum
fuerit teneatur ad poenam vigintiquinque librarum
denariorum de facto auferendam, et ipsi Communi d.
civitatis applicandam vice qualibet contrafacienti,
et si forte aliquis ageret pro aliquo pignore in huius
executione, aut alias quomodocunque et qualitercunque
ex eo quod ablato, et deperdito, sufficiat ipsi pe-
tenti, et agenti sola probatio baiuli, vel syndici
pred. cui plena fides adhibeatur, sitque eius depositio
et dictum sufficiens et plena probatio pro pignore
ablato, et deperdito, et eius qualitate, et valore
si recordatur, et sciat. Sin autem sufficiat pro
plena probatione asseveratio domini cum iu-
ramento ipsius, praemissa tamen supradictorum
judicis, aut syndicatorum taxatione. Item quod
nec dictus Rector, nec eius officiales possint, vel
possit ullam petere regirmam, nisi ultimo mense
sui officij, neque impetratam, sive datam gerere,
nec sindicatum infra tempus, nec vexillum
postulare sub poena ducentarum librarum denariorum
de suo salario retinendarum, et dandarum, et

applicandarum d. com. Et si proce reformatus fuerit,
et ad gerendum officium admissus fuerit, teneatur
soluere mercedem electionariorum, de quibus infra
fit mentio, et mercedem electionis integram pro
quolibet semestre, etiam si stet pro uno, duobus, aut
pluribus mensibus. Item quod requisitus à Mag.cis
Dnis Prioribus, uel ex eorum parte, teneatur illos
extra palatium comitari cum tota familia, alias
puniri debeat in 25. libris denariorum soluendis
et applicandis ut supra. Item quod teneatur cum
effectu facere quod nullus ex eius officialibus
et notarijs extraordinarijs possit, uel debeat ullo
unquam tempore se rogare de instrumentis quibuscumque
celebrandis in causis ciuilibus, et emergentibus
ac dependentibus ab eis, et minus de fideiussionibus
dandis et prestandis de non discedendo de palatio,
uel de se repraesentando, ac de stando iuri, uel
alias quomodocumque et qualitercumque ex causa
debiti non soluti, uel damnorum datorum, uel ex
quacumque alia dependente, seu causata ex causa
ciuili. Et nullus ex eius officialibus et notarijs
premissis possit instrumentum, nec instrumenta conficere,
et si confecerint nulla sint penitus et omnino,
et nihilominus poenam incurrat 25. librarum

dena=

denariorum ipso facto dicto loco applicandorum, et ad interesse dicti notarij socij militis teneatur. Item quod Rector teneatur facere notarium maleficiorum observare penitus, et omnino capitula facta super exercitio eiusdem, et in eis contenta, de quibus in capitulis et rubrica de officio Notarij maleficiorum. Item quod d. Rector pro toto tempore sui semestralis officij habere debeat pro suo salario, et dictorum suorum sociorum militum, officialium, familia, et equis, et pro expensis, pro accessu, mora et reditu, nec non pro charta, atramento, cera, lumine, et pro quocunque alio pertinente ad d.m eius officium, et necessario pro exercendo dicto officio florenos quadringentos quinque monete papalis de bimestre in bimestre soluendos per exactorem Camere Aplice provinciarum pro rata, et de pecunijs ipsius Camere aplice, et in ultima solutione quietationem faciat solemnem et in forma, ita tamen, quod d.m ultimam solutionem non possit petere nec habere, nisi finito syndicatu. Et quod ita etiam fiat, si ultra semestre dictum officium durare contigerit. Et quod de d. salario teneatur soluere omnes et singulas retentiones per sedem aplicam impositas, seu imponendas, et ad eas expressas Ill.e Monti Pietatis bononiensium unum.

Medicis bononenos duos.
Fabricae S. Feliciani bononenum unum.
Fabricae Capellae SS. Corporis Xpi bonon. unum.
Fabricae Hospitalis Pietatis medium bononenum.
Pro singulo floreno sui salarii.
Et quod teneatur soluere tibicinibus Mag.ri Ill.mi Priorum dictae Civitatis Fulginiae carlenos octo pro quolibet semestre, et Campanario carlenos duos.
Notario, seu Canc.rio d. Coitis, qui suam familiam scribet pro prima vice florenum unum, et bononenos quattuor pro cassatura, et remissura cuiuslibet officialis, aut famuli, siue equi. Notariis vero condemnationum pro annullationibus sententiarum teneatur soluere florenum unum monetae papalis singulo semestri.
Ad electionarios, qui illum elegerunt teneatur dare florenos sex monetae papalis pro communitate, et denique tabellario, qui electionem portauerit ducatos auri octo papales, quorum quattuor Canc.rio qui electionem, et capitula scripserit, debeantur, duo Coitati, et duo ipsi tabellario, cui teneatur et soluere unum tertium floreni die quolibet pro suo viatico, quas summas eidem tabellario, ut permittitur, soluere teneatur, et ipse idem tabellarius teneatur reddere, et consignare tam Coitati q.m Canc.rio ut s.a, rata suam

tan=

tantummodo retinendo. Et si secus fecerit teneatur de suo. Et quod debeat stare tacitus et contentus de d. salario, et sportis a d. comuni, nil aliquid a alia singulari persona quoquomodo, vel aliquo quesito colore non petat, exigat, vel recipiat, nisi quatenus permittitur sibi, et officialibus suis ex scripturis, et actis, et executionibus secundum formam statutorum d. civitatis. Declarantes, et decernentes, quod si ipsum licentiatum a d. consilio extra civitatem predictam stare contigerit sanum ultra dies, per quos licentiam habuisset, et infirmum ultra dictos dies licentie per alios viginti dies, ab inde supra per tempus, quo absens fuerit, salarium consequi non debeat, et minus eius heredes integrum eius salarium consequi debeant, si ipsum mori contigerit in civitate, vel extra, durante officio, sed pro rata temporis tantum, quo vivus inservivit. Legibus, et aliis quibuscunque contrariis non obstantibus. Et quod finito eius officio teneatur stare ad sindicatum cum omnibus, et singulis suis officialibus et familia per sex dies continuos a prima electione dominorum sindicatorum eius, coram sindicatoribus et consiliere in civitate predicta. In quo quidem

syndicatu nullus de d.o civitate possit esse illius, colla=
teralis, notarios, praedictos, socios, militu, et familiæ
procurator, et advocatus, sub poena privationis offi=
ciorum dictæ civitatis. Quibus quidem syndicatoribus
et consultori solvere teneatur florenos octo monetæ
papalis, à quorum sententia pro se, vel pro aliquo ex
suis officialibus appellare, recurrere, et de nulli=
tate dicere, vel aliter supplicare non possit, et
si contra faciat, omnis appellatio, dictio nullitatis,
recursus, et supplicatio, executionem sententiæ
nullatenus impediat, et appellans, recurrens, de
nullitate dicens, et supplicans incidat in poena
quinquaginta librarum denariorum applican. dicto
communi, ut s.a. Et quod in omni casu, in quo
supra non esset apposita poena, intelligatur adiecta
poena vigintiquinque librarum denariorum incurrenda
per ipsum pro qualibet vice suæ contraventionis
ipso facto, et ipsi communi applicanda. Et cum
fuerit absolutus à d.a civitate discedat cum d.is
officialibus, et familia omnibus suis sumptibus et
expensis, incommodis, periculis, et fortuna.

Paulus Papa tertius ad perpetuam rei memoriam.
Cum sicut expositum nobis nuper fecerunt dilecti filij
Civitas, et homines Civitatis nostræ Fulginiæ, quod licet
eo

ex antiqua, hactenusque pacifice observata consuetudine, executiones, quae in civitate praedicta pro tempore faciendae sunt per executores Potestatis eiusdem civitatis pro tempore existentis fieri debeant, et in illis faciendis aliqui alii officiales se intromittere non possint. Nihilominus Gubernatores dictae civitatis eorumque officiales et ministri pro tempore existentes in alienam messem falcem immittentes executiones huiusmodi per alios quam dictos executores facere nituntur in maximam dictae civitatis, et eius quietis perturbationem. Quare nobis pro parte communitatis, et hominum praedictorum fuit humiliter supplicatum, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui omnium subditorum nostrorum, praesertim peculiarium, et devotorum, quietem sinceris desideramus affectibus, huiusmodi supplicationibus inclinati, moderno, et pro tempore existenti dictae civitatis Gubernatori, eiusque officialibus et ministris sub excommunicationis poena inhibemus per praesentes, ne de cetero per se vel alios quovis quaesito colore per alios quam executores praedictos contra dictam consuetudinem executiones praedictas facere, aut in illis quomodolibet se intromittere audeant, vel praesumant. Irritum, et inane decernentes, si secus super his a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari.

Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, ac quibuscunque privilegijs, indultis, et litteris apostolicis eisdem Gubernatoribus, sub quibuscunque tenoribus, et formis concessis, approbatis, et innovatis, cęterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod executores Potestatis pro tempore existentis, continuetum ad executiones faciendas ministrorum numerum teneat, quodque civitas, et homines predicti quandocunque à Gubernatore pro tempore existente desuper requisiti fuerint, opportunum, et necessarium auxilium, et consilium prebeant, alioquin presentes nullius sint roboris vel momenti. Datum Romę apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 18 Novembris MDLXXXXIII. Pontificatus nostri anno primo. Fabius Vigil.

De Collaterale D. Pretoris, et eius electione c. VI.

Statuimus et ordinamus, quod D. Collateralis D. Pretoris civitatis Fulginię sit, et esse debeat legum doctor ad minus quinque annos, et saltem bis exercuerit suo officium in aliqua alia civitate, vel terra, et de suo eius administratione per litteras suę civitatis fidem publicam facere debeat Mag. DD. Prioribus dę civitatis Fulginię, et pariter eisdem fidem faciat de ipsius doctoratu à tanto tempore citra, per exhibitione

et

et simplicem obtentionem privilegii, vel doctoratus, vel
per litteras suæ civitatis attestantis vidisse, et legisse eius
privilegium doctoratus, vel saltem quod per d.tum tempus
se gesserit pro doctore. Et sit, et esse debeat de civitate,
seu terra oriundus, quæ distet saltem per quindecim
miliaria à civitate Fulginii, et de alia, nõ eadem,
ex qua fuerit prædecessor eius in officio, oriundus:
alias ad d.tum officium eligendus proponi non possit. Et
si proponeretur, propositio non valeat; et eligi n. possit,
et si eligeretur, electio sit ipso iure nulla, nullius
roboris, et momenti. Electio autem ipsius Collateralis, in
qua premissa requisita concurrant, et sint, à Mag.ci
D.nis Prioribus, et centumvirali consilio d.æ civitatis
p. semestre tantum in infrascriptis modo et forma fieri
debeat, et alias facta non teneat, nec valeat. Et
Quod Mag.ci D.ni Priores facta [illegible], ut supra,
pro parte eligendi, seu petentis electionem huius, con-
vocare debeant more, locoque solitis et consuetis coram
ipsis spectabiles cives Centumviros, quibus ut supra
convocatis, et coram eis, vel saltem maiori eorum parte
existentibus, vel saltem eorum parte maiore existente
debeant ipsi Mag.ci D.ni Priores, vel unus eorum, primus
scilicet Prior, vel secundus eo absente, vel aliter
impedito aliqua iusta causa proponere eligendum,

et de eo propositam facere an placeat, quod in consilio centumvirali fiat proposita de eo, et eius electione ad tale officium, et si obtentum fuerit per maiorem eorum partem, quod sic fiat, et fieri debeat, postea de eo in consilio centumvirali more, modo, et loco solitis, et consuetis, et in numero perfecto, et iuxta consuetudinem sufficienti congregato, per Cancellarium proposita fiat, an placeat talem propositum eligere ad d.m officium p semestre tantum. Et redditis decurionum consilijs super ea proposita, ut moris est, illis, vel uno eorum positis, vel posito, prout visum fuerit d.is Mag.cis Prioribus, et Novemviris ad particulam suspensionis per bussulas et pallottas, per Cancellarium numerentur suffragia congregatorum reddita, et si compertum fuerit suffragijs et pallottis favorabilibus duarum partium de tribus dictorum Mag.corum Priorum et consiliariorum, quod placeat talem propositum talem habere electionem, et ad d.m officium esse electum valeat et teneat sicut supra facta electio, aliter autem facta, nulla sit, nullius roboris, et momenti. Facta sic ut d.a electio postmodum significetur, et transmittatur electo ab ipsa Civitate, et Mag.cis Prioribus p literas patentes manu Cancellarij eorundem scriptas

et subscriptas, et sigillo consueto d.ae com.tatis munitas, cum insertione capitulor. ad quae servanda teneatur, et sui salarij, eiusque omnis emolumenti, ac solutionis per eum faciendae pro tali sibi transmissa electione, si eam duxerit acceptandam, quam acceptare teneatur infra duos dies à die presentationis eiusdem sibi factae per tabellarium d. com., et infra d. terminum significare d. Mag.cis D.nis Prioribus et com.tati, si duxerit acceptandam, alias nullam in posterum sibi tribuat. Et d. tabellario dare et solvere pro d.a portata electione, et per eum acceptata ducatos auri duos ad rationem undecim iuliorum pro singulo ducato, quorum unus dari debeat d. Can.ro, alter vero pro dimidio d. com., et pro altero dimidio d. tabellario, cui tabellario etiam teneatur dare unum tertium unius floreni monetae pro qualibet die pro ipsius viatico.

De iuramento d. Collatteralis d. Rectoris c. 7.

Statuimus et ordinamus, quod d. Collatteralis d. Rectoris civitatis Fulginei, primo die ipsius officij coram Mag.cis D.nis Prioribus eiusdem civitatis et Can.rio eorundem et d.ae civitatis stipulanti et recipienti pro ipso com. et omnibus et singulis, quorum interest, interesse poterit quomodocumque, iuret, et iureiurando promittat ad Sancta Dei evangelia

manu tactis scripturis facere et exercere officium
sibi commissum bona fide, et omni sollicitudine, et
sine fraude, adimplereq. omnia, et singula, quæ spe=
ctant ac spectabunt ad d.m eius officium, et ad quæ
ipse tenetur ratione ac vigore d.i sui officij sine
aliqua acceptione personarum, secundum statuta, re=
formationes, et decreta d.æ civitatis facta, et facienda,
ubi illa loquuntur, et ubi non loquerentur secundum
constitutiones Marchiæ, illisq. pariter loqui cessan=
tibus secundum ius Canonicum, et Civile, amotis
amore, odio, prece, pretio, timore, omniq. alia
humana gratia.

De officio D. Collatteralis et eius salario c. 9.

Statuimus et ordinamus, quod saltem D. Collatteralis et
Iudex d.æ Civitatis Fulginiæ sit et esse debeat iustus,
et æquitatem præ oculis habeat non declinans ad
dexteram neq. ad sinistram, stareq. debeat et mo=
rari personaliter et continue in d.o suo officio,
illudq. bona fide diligenter, et solicite exercere
secundum formam statutorum d.æ civitatis Fulginiæ,
et secundum quod alias iureiurando promisisse
apparet in capitulo proxime præcedenti, exhibereq.
se promptum, et facilem in audiendo omnes in
his, quæ pertinent ad eius officium, sedereq. pro
tribunali ad ius reddendum omnibus diebus iuridicis,

et debitis horis et consuetis in loco iuridico, et tribu=
nali eius solito et consueto, causas, lites, et contro=
versias, tam motas quam movendas, prout tenetur et debet
secundum formam dictorum statutorum, et prout alias in
precedenti capitulo, audire, cognoscere, et definire
infra tempus ordinatum per dicta statuta, iustitiam
omnibus aequa lance administrando, petitiones,
exceptiones, replicationes, duplicationes, defensiones,
testes, instrumenta, et omnia alia per partes producenda
prout de iure admittere, et de productis copiam
petenti facere, et per se ipsum testes examinare
ubi contingentia causae exigat, et requirat, ubi autem
non, per notarium causarum unum ex sibi deputatis
a dicta Communitate. et debeat ipsos testes examinare in
palatio ipsius et dicti Pretoris solitae residentiae, nisi
essent mulieres honestae, vel egregiae personae, aut
infirmae, vel alio iusto impedimento gravatae, quas
examinare possit et debeat in ecclesia, vel alio
loco congruo, et honesto. et facere teneatur et
debeat acta quaecunque, et sententias scribi per notarios
a dicta Communitate sibi datos et deputatos, aliter ipsa acta
non valeant. Caveatque debeat et prudenter attendere,
ut in causis suis processibus nil odium vendicet, favor
usurpet, timor exulet, premium, seu expectatio premii
iustitiam non evertat: et in omnibus quae pertinenda

fuerint, pre oculis habeat solum Deum, illiusque imitans
exemplum, qui querelas populi, tabernaculum ingressus
ad Dominum referebat, ut secundum ipsius imperium
iudicaret. Debeatque eius sententias sedendo pro tribunali
scripto recitatione proferre, aliasque non valeant, nec
teneant. Nec possit petere, vel modo aliquo habere
sportulas a personis d.te civitatis, eiusque comitatus et
districtus, incolisque et habitatoribus eiusdem proventus
ab eo ferendis in causis tam ordinariis quam delegatis
vertentibus quomodocunque coram eo ex quibusvis
causis et occasionibus. Habeatque in his, et in ceteris
mundas manus, sitque attentus, et circumspectus
circa corruptores, qui eum per se vel, vel alio
modo reprobo corrumpere attentaret, et ipsos Ill.mis
D.nis Prioribus et Consilio d.te civitatis revelare
teneatur, et curare pro posse, ut culpabiles in
premissis pena debita puniantur. Teneatur etiam d.
D. Pretori, Notario maleficiorum, ac d.is Ill.mis D.nis
Prioribus, superstitibus nundinarum, officialibus damnorum
datorum d.te civitatis, et Notario tribunalis suis
ministris gratis, et sine aliqua mercede consilium
dare, ut iustitia suadebit, quoties ab ipsis, aut
eorum aliquo requisitus fuerit. Et credentias, si
que sibi impositae fuerint tenere secretas, huius

tempori

per agenda

sumptibus et expensis se in hanc civitatem conferre,
indeque recedat, munere tamen expleto. Velit doctoreque,
et doctoribus consultationes praestat, et cum opus fuerit,
comitetur magistratum d.ae civitatis, si in alias oras legat
gratis, et interpretetur unam lectionem in iure
civili iuvenibus d.ae civitatis, prout fuerit requi=
situs, et nullam aliam mercedem, aliudque emolumentum
habere debeat, quam pro sigilli, et examinis testium,
ac decreti per eum interponendi, salariique sui infrascripti
à d.o D. Praetore accipiendi. Vt pro d.o sigillo qualibet
impressione bononenum unum. Pro qualibet exami=
natione testis grossum unum, dividendum tamen
equaliter inter ipsum, et notarium causae scribentem
examinati attestationem. Pro decreto quocunque
interponendo iulium unum, quem tamen consequi
non possit, si interponatur in d.o palatio suae residentiae,
vel in ecclesia S. Feliciani, aut domibus specialibus.
Et pro salario suo d.i semestralis officii habere florenos
sexaginta ad rationem quinquaginta baiocchorum
pro floreno à D. Praetore pred. et civitate comittentium,
ea tamen conditione adiecta, quod si durante d.o eius
officio semestrali moreretur, et universae carnis
viam ingrederetur (quod Deus avertat) d.m salarium
non debeatur, nisi pro rata temporis, quo servierit.

Et eo etiam declarato, quod si in d. tempore infirmaretur per viginti dies, vel pauciores, salarium debeatur, et non minuatur: ab inde vero supra minuatur pro tempore infirmitatis. Nec reformam aliquid habere possit, nisi obtentam à d. centumvirali consilio, et in ultimo mense sui officij, servatis servandis. Et quod teneatur stare ad syndicatum finito suo officio, eo modo, et tempore, quo stare tenetur Pretor [illegible] cum sua familia. Nec possit appellare, reclamare, recurrere à sententia syndicatorum, supplicare, aut dicere de eius nullitate, et si secus faciat, incidat in pœnam ducentarum librarum denariorum ab eo ipso facto auferendarum, et d. communi applicandarum, et nihilominus factum in contrarium non valeat, et sit ipso iure nullum, et sententia contra eum lata executioni demandetur. Et si contrafecerit in prædictis vel aliquo prædictorum in quinquaginta libris denariorum pro quolibet puniatur, applicandis, ut d.ta ubi alia pœna non esset expressa. In cæteris conductus intelligatur cum honoribus, oneribus, potestate, et arbitrio consuetis.

De electione et iur.to notarij maleficiorum cap. 9.

Quia ius eligendi notarium maleficiorum, tam curiæ pretorianæ, quam curiæ Mag.ci D. Gubernatoris noviter fuit à Rectore, et consiliarijs hospitalis pietatis d. civitatis, à Mag.co communi [illegible] translatum, cui hospitali utrumque officium præd.tum cum eorum proventibus et emolumentis

S. D. N. Pius Papa Quartus perpetuo annexit et incorporavit per suas litteras in forma brevis apostolici sive motus proprij, sub dat. 14. Martij 1562. anno tertio subscriptas per V. Manzaranum, et de quibus litteris in archivio d. Hospitalis, non immerito ad ipsum officium duximus pertinere, de eorum electione, officio, et salario providere. Statuimus igitur, et ordinamus, ut à Mag.co consilio aliquis probus, et expertus notarius sufficientis eligatur ad officium notariatus maleficiorum, et causarum criminalium curiae praepositurae, qui sic electus prima die sui officij ad sancta Dei evangelia tactis corporaliter scripturis coram Mag.co D. Praeposito, d. civitatis iuret, et iuramento promittat Cancellario eiusdem pro tempore singulari, et recipienti pro ipsa curia, camera apostolica, et omnibus quorum interest, intererit, aut interesse poterit in futurum, officij sui tempore continuè stare ad id exercendum, illudque fideliter, bona fide, sine dolo et fraude, odio, amore, prece, pretio, et timore remotis exercere. Et accusationes, inquisitiones, denunciationes, testes, eorumque attestationes, scripturas, et causarum acta, non tamen, nisi de Praepositi commissione fideliter, fideliter, et indefesse recipere, et scribere; Processus aliquos ante testium publicationem, et apertionem, aliarumque curiae, aut civitatis praefatae secreta non pandere, aut revelare. Scripturas ordinatè ponere, earumque

et actorum copiam petentibus tradere, et alia omnia et singula facere, observare, et exequi, ad quae virtute d. sui officij teneatur, et secundum formam statutorum d. civitatis, et praesertim statuti de officio eius; capitulumque istud de ipsius iuramento quolibet mense legere, ut eius continentiam melius memoria teneat, et tentum melius exequatur.

De officio Notarij maleficiorum, et solutionib. per eum recipiendis. cap. X.

Statuimus, et providemus, quod notarius maleficiorum habeat, et habere debeat, ac recipere ab executore camerae ap.licae d. civitatis Fulginiae unum librum pro suo semestrali officio sigillatum, seu stampatum sigillo, seu stampa camerae ap.licae per singulas eius chartas, et numeraliter signatum, et chartulatum manu notarij camerae d. civitatis, in quo scribere teneatur omnes processus inquisitionum, accusationum, et denunciationum, quas ex officio, aut ad alicuius instantiam fieri contigerit, et sententias desuper per praetorem ipsum ferendas, et non in alio quovis libro, nec aliter, nec alio modo processus, et sententias huiusmodi nullo modo scribere audeat, vel praesumat sub poena ducentarum librarum denariorum camerae ap.licae, et com. Fulginiae pro aequali portione applicandarum. Quem librum postea in fine sui officij teneatur et debeat conti=

consignare exactori Camerę pñtis, aut Notario d.e
camerę in publicam formam tradendum postea per
d.m exactorem, aut notarium Camerę, sindico seu not.o
maleficiorum pro pendentium expeditione. Debeat
etiam ipse notarius habere librum processuum sibi
a d.o exactore, seu notario in principio sui officii
pro pendentium expeditione, quam facere teneatur
durante suo officio sub pena 25. librarum denariorum
ab eo auferendarum, et ut supra applicandarum pro quo=
libet processu non expedito. Teneatur etiam sequenti
die post habitam informationem et notitiam cuiuscunque
delicti perpetrati notulam eiusdem, et inquisitionis
copiam post quam scripserit inquisitionem in d. libro
ubi per inquisitionem procedatur ad Cameram aplicam
transmittere sine mercede aliqua, ut sciantur
delicta, quę non debent impunita remanere omnis
tollatur occasio. Teneatur etiam ad Mag.cos DD. Gubern.es
aut Consiliarios d.e civitatis requisitione eius librum
bastardellum, et in eo ipsa ostendere, et exhibere, ut casus
termini videri possint, et si sunt expediti vel non.
Insuper accusationes, querelas, et denuntiationes, quę
coram d. D. Potestate fuerint recipere, et scribere
in d. libro statim infra quintum diem post ipsarum
exhibitionem, et idem facere de omnibus depositionibus, arti=
culis, depositionibus testium, et aliis quibuscunque actis,

non tamen sine d. Rectoris conscientia, et licite, et
fideliter. Nec debeat processus aliquos ante testium
publicationem, et aperturam alicui revelare, aut
eorum copiam tradere. Neve secreta curiae et com(munis)
civitatis, Rectoris, cuiquam manifestare. Teneatur etiam
scripturas omnes in d. libro ordinate ponere infra
quintum diem postquam datae fuerint, et actorum omnium
copiam petentibus tradere ea die vel sequenti, qua
petita fuerit. Scripturas omnes sibi commissas a Rec=
tore publicare, nec evitare eas autenticatas dare infra
octo dies postquam fuerint petitae sine aliquo pretio. Et si
commode id facere non poterit, dare ipsas parti, vel
partibus in continenti cuicumque notario volente partes
ad exemplandum ad mandata d. D. Rectoris, et si re=
cusaverit, pro unaquaque vice incurrat poenam 25.
librarum denariorum, ut supra applicandam, et denun=
tiatoris sacramento credatur. Teneatur etiam expeditis
processibus sententias condemnatorias, seu absolutorias in
membranis consignare notariis condemnationum,
et eorum officio iuxta d(ictorum) capitulorum et statutorum dispositionem.
Et expeditis processibus per sententias non possint ulterius
ad aliquem actum, seu ad aliquam abolitionem procedere
in cartis bambacinis super processibus per sententias expeditis.
Et teneatur statuta, reformationes, et decreta d. civitatis

tam

tam facta, quam facienda observare, et opera, consilium,
auxilium dare D[omi]no Potestati ad conservanda ea, et omnia
eorum capitula, dictumque commune, et particulares
personas civitatis, comitatus, et districtus pred[icti] in
bono statu, et securitate. Teneatur etiam tempore
d[ic]ti sui officij continue stare ad id exercendum, nec
aliquam mercedem petere, seu habere possit ab illis,
qui accusationes, querelas, et denunciationes propo=
suerint coram d[ic]to D[omi]no Potestate, seu coram se de conni=
ventia potestatis, sed illas recipere teneatur et scribere
gratis et sine aliquo premio. Nec petere possit, vel
exigere aliquid ratione, et causa inventarij bonorum,
quod ipsum facere, seu fecisse contigerit, nisi sententia
cum effectu publicatione, seu sententia publicationis bonorum
eius, qui deliquerit, sub pena 25 ducatorum auri qua=
libet vice incurrenda, et applicanda ut s[upr]a, et resti=
tutionis exacti facienda illi, a quo, vel de cuius bonis
fuerit exactum, quia sententia debeatur sibi merces
pred[ict]i inventarij prout infra. et minus aliud quicquam
petere, vel exigere possit per se, vel alium ultra id,
quod fuerit sibi per statuta pred[icta] concessum et ordinatum,
quodque non mittat, nec eum faciat aliquid fraudulenter.
Habere autem debeat notarius maleficiorum pro capite
cuiuslibet instantiae, sive actus simpliciter coram

potestate eiusque officio bononenos unum monete cur-
rentis. Et si contigerit in una instantia, sive uno
actu aliquas scripturas produci, unam vel plures,
aut testes induci, aut iurare bononenos duos monete
predicte pro qualibet responsione facienda alicui processui
sive inquisitioni cum cautione prestanda de stando
iuri, et soluendo omnem penam, quam incurrere possit
ab inquisito, seu respondente bononenos quattuor ut
supra. Et si contigerit respondere per plures personas
inquisitas pro uno et eodem maleficio, et uno tantum
processu, habere possit bononenos duos a quolibet
respondente, dummodo merces non excedat summam
duodecim bononenorum, etiam si fieret responsio per
personas XII. vel ultra. Item pro rogitu alicuius
mandati procurationis bononenos quattuor. Item
dicimus pro rogitu cautionis de non offendendo,
vel de se representando, et similibus habere possit
bononenos quattuor pro qualibet parte fideiubente,
seu cautionem prestante, etiam si plures et varie
persone intervenirent in una parte. Pro rogitu
examinis, seu depositionis alicuius testis habere
possit bononenos sex pro quolibet teste dividendos
inter ipsum et dominum Rectorem, aut alium iudicem
examinantem, et non ultra, etiam si examen fieret
per diversis, et numerosis articulis, et super materiis

et

et corporis afflictiuis citra mortem. si uero in cau-
capitalibus bononenos duodecim accipere possit di-
uidendos, ut d.a Pro copia alicuius sententiae absolutoriae
fiendae ad instantiam partis, et non ex officio, si
fuerit pecuniaria accipere possit bononenos sex,
si uero corporis afflictiua bononenos duodecim,
si uero capitalis bononenos uiginti. Item dum
conspexerit aliquem processum cassari et aboleri
ad instantiam alicuius id fieri petentis, si fuerit
pro poena pecuniaria a libris quinquaginta infra
cum registro habeat bononenos octo, a quinquaginta
usque ad centum bononenos duodecim, ab inde uero
supra pro quacunque summa bononenos uiginti
quattuor in totum, et non ultra; pro corporis affli-
ctiuis bononenos triginta, pro capitalibus uero
carlenos octo monetae currentis. Declarantes,
quod nemo cogi possit inuitus ad abolendum aliquem
processum, seu aliquam condemnationem pecunia-
riam, corporis afflictiuam, siue capitalem. Pro
extractione alicuius sententiae in publicam formam,
si pecuniaria continens summam librarum centum
habere possit bononenos uiginti, ab inde uero supra
pro quacunque summa bononenos triginta; pro corporis
afflictiuis bononenos quadraginta. Pro extractione
alicuius sententiae de eius morte naturali habeat carlenos

decem monetę currentis, ut d.a Pro copia simplici
alicuius scripturę, aut processus, seu depositionum
testium habeat bononenum unum cum dimidio alte-
rius bononeni pro qualibet charta scripta ab utraq
facie continente lineas seu versiculos decem et octo,
et qualibet linea debeat continere dictiones octo
plurium syllabarum: si vero in publica forma, petere
possit bononenos tres pro qualibet charta scripta
ab utraq facie ut d.ta Pro confectione et reptu ali=
cuius inventarij faciendi de bonis aliquod male=
ficium committentis, si in civitate Fulginiae exigere
possit florenum unum, si vero in comitatu et districtu
florenos duos monetę currentis modo et forma ut d.o
declaratis. Pro retrahenda accusa facienda ab
aliquo accipere possit bononenos octo pro qualibet
accusa retracta. Pro registro presentationis alicuius
commissionis habeat bononenos duos. Pro scriptura
literarum citatorialium, et inhibitorialium cum insertione
commissionis, seu commissionum accipiat pro sua
mercede bononenos octo. Et premissa omnia et sing.a
observare, et adimplere teneatur bona fide, sine
dolo, fraude, odio, amore, prece, pretio, et timore.
Et si contrafecerit in premissis, vel aliquo premissorum
in quinquaginta denariorum libris pro qualibet, et
qualibet vice puniatur, ubi non esset apposita
pena, applicandis d. com. Et premissa statuimus hoc

semp

semper intellecto, quod per huiusmodi premissa capitula non intelligatur preiudicari capitulis d. D. Rectoris, et statutis civitatis de processibus expediendis infra certum tempus, que in suo robore permanere, et secundum eorum dispositionem et continentiam observari volumus et mandamus.

De electione, officio, et salario Canc. D. Gub. c. XI.

Jam diximus et ordinamus fore et esse servandum in electione Canc. ac notarij maleficiorum curie Mag. D. Gub. qui omnes litteras Mag. D. Gub. [illegible] d. civitatis exarandas cuiuscumque, et quarumcumque huius materie criminalitatis tantum scribere et conficere teneatur, et pro scriptura, et confectione quarumlibet litterarum habeat pro sua mercede bononenos duos monete currentis, et pro sigillo, et subscriptione predicti D. Gub. [illegible] bononenos quattuor, et sic in totum bononenos sex. In reliquis vero dictum Canc. et notarium maleficiorum, oneribus, obligationibus, taxis, et penis in proximo precedente capitulo contentis obnoxium fore, et subiacere volumus et ordinamus.

De sex militibus D. Rectoris eorum iur. et officio c. 12.

Statuimus, et ordinamus, quod sex milites D. Rectoris prima die inceptionis eorum officij teneantur, et

debeant se se coram Mag.cis DD. Prioribus civitatis Fulginei
pro tempore presentare, ibidemque coram eisdem iurare
ad sancta Dei euangelia corporaliter manu tactis scri=
pturis, et iureiurando promittere (et ita promittere tene=
antur) ipsorum officium fideliter et bene exercere,
commissionesque sibi a quocunque pro tempore ius dicente
in d.a civitate, ac a Mag.cis D.nis Prioribus seu prefectis
quibuscunque, consulibusque d. civitatis datas, debite
executioni mandare, ipsasque executiones, et pignora
cui de iure, aut ex forma statutorum debent, consignare.
Baractarias, et simonias, extorsionesque, ac illicitas
executiones non facere, et fieri non facere sub
pena 25. librarum denariorum pro qualibet vice, et
quolibet predictorum casuum per ipsos ipso facto damna=
biliter incurrenda, et communi Fulginei applicanda.
Nec non quotiescunque Gubernator d. civitatis, vel
eius Locumtenens pro tempore mandauerit, seu postulauerit
cum sua familia in numero sufficienti per dictam
Civitatem, eius territorium, et districtum, pedester, vel
equester, prout casus exegerit, sine aliqua exceptione
omnique mora postposita ad quascunque commissiones exe=
quendas contra quoscunque personaliter accedere, illasque
pro posse debite executioni mandare, sub pena 100.
librarum denariorum ipso facto per ipsos incurrenda, et
Camere Aplice, et d.i Fulginei pro portionibus applicanda,

ac

ac omnium expensas, damnos, et interesse d.ti Comunis d.ae de causa. Civitatemque predictam eiusque territorium, et districtum homicidiis, latronibus, furibus, ceterisque malis hominibus pro posse purgare. Contra portantes arma tam offendibilia, quam defendibilia diu noctuque inquirere, et portare repertos captivos pro posse facere, et contra eos pro pena incursa iuxta formam statutorum sine personarum discretione procedere usque ad debitam exactionem pene predicte. Statuta, et ordinamenta d.ae Civitatis tam edita, quam edenda ad unguem servare, omnesque condemnatos d.ae Civitatis, vel in ea, aut eius territorio degentes, eorumque fideiussores, donec ipsas condemnationes, que in iudicatum transierint cum effectu persolverint, in re, et persona constringere; Carceres d.ae Civitatis, et in eis pro tempore carceratos quoscunque suo ipsorum periculo et fortuna custodire, et salvare ab ipsis carceratis, culpabilibus tamen, vel obnoxiis forensibus, et advenientibus, vel in d.a Civitate, aut eius territorio, et districtu habitantibus omnino exceptis, ultra bononenos sex monete currentis pro quolibet, et qualibet die, si eis per curiam d. Pretoris expensas subministrari contigerit, exigere non possit; ad quas expensas recipiendas cogi non possint, nisi starent in secretis. Si autem de suo, aut eis donato, vel aliter vixerint, bononenos duos, et

non

non plus accipere, nisi quod aliud ab eisdem pro ipsorum captura,
excarceratione, ferratura, aut sferraturis recipere,
aut exigere possit. Per civitatem predictam eiusque districtum
cum dissolutione non vagari, in turpes lascivias, aut in=
iuriosas contumelias contra quemlibet non prosilire, omnia
alia, et singula facere, dicere, et exercere, et ab eis
se abstinere teneantur in formam et tenorem contentorum
supra in cap.° de iuramento d. Rectoris, et eius officii,
aliorumque statutorum, et ordinamentorum d. Civitatis sub
pena 25. librarum denariorum pro qualibet vice per ipsos
ipso facto incurrenda, et d. Coi applicanda in quolibet
dictorum casuum. Et quia dum ad civilia intendunt,
arma, et alia ad eorum officium pertinentia dormiunt,
et retardantur, statuimus, et ordinamus, quod socij,
milites d. Rectoris predicti, et qui pro tempore fuerint
non possint, nec debeant se ullo modo aliquo intromittere,
aut cognoscere de aliqua questione, lite, seu causa civili,
rei, vel summe excedentis tamen summam viginti iuliorum
papalium monete currentis, Causas vero et lites a
summa decem iuliorum supra per not.um Tribunalis rei
per d. Comunitatem pro tempore eligendum, vel ex buxolo
extrahendum cognoscendas per eos iudices remittere
teneantur, et si se in eis intromiserint, aut de eis co=
gnoverint, non valeat ipso iure, nec quod per eos factum,
aut cognitum fuerit possit modo aliquo exec.ni mandari,
et nihilominus ipsi socij milites in premissis et quolibet

pre.

premissorum contrafacientis ipso facto vice qualibet incurrant in poenam 25. librarum denariorum ab eis de facto auferendorum, et dictae communi applicandorum, ut dictum.

De electione Judicis appellationis, eiusque iuramento, officio, obligationibus, et salario c. 13.

Sed quoniam appellandi usum frequentem esse, et necessarium iura testantur: idcirco statuimus, et ordinamus, quod in civitate Fulginii unus appellationum Judex eligatur his modis, et forma videlicet, quod Magnifici Domini Priores dictae civitatis praesentes, et qui pro tempore fuerint, ubi casus exegerit, teneantur, et debeant maioris campanae sono praemisso, ut moris est, convocari facere Decemviros dictae civitatis pro tempore, et subinde Magnificum Decemvirale consilium in palatio eorum solitae residentiae, ibidemque servatis de more servandis iuxta formam eligendi traditam supra in titulo de electione Domini Potestatis, eligatur in Judicem appellationum dictae civitatis per semestre aliquis forensis de loco distanti a dicta civitate, et eius territorio ad minus per quindecim milliaria, iurisperitus, et in iudicatus officio, vel praeture bis ad minus exercitatus, de qua iudicatus officii, aut praeture exercitatione, ante omnia eisdem Dominis Prioribus per patentes literas, aut aliter legitime plena fiat fides, et indubitata, alias electio ipsa fieri non possit, et facta

nullatenus valeat, aut teneat. Qui venire debeat
in dictam civitatem in termino sibi electionis sue
declarato et prefixo cum uno ad minus famulo idoneo
et per ipsum toto tempore sui officij pro suo servitio
retinendo omnibus ipsius sumptibus, incommodis, et
periculo. Teneaturque ante ingressum d. sui officij Iudi=
catus iurare coram Mag.cis D.nis Prioribus pro tempore
existentibus, seu ipsorum Conservatoribus eiusdem, Camerario d.e
civitatis pro ea, et Camera ap.lica, et omnibus quorum
interest, et interesse poterit stipulanti, sacrosancta
Dei evangelia corporaliter manu tactis scripturis
dictum iudicatus officium iuste, bene, ac fideliter
facere, et exercere, pertinentiaque omnia et singula
ad illud in totum pro posse facere. Debeatque in ingressu
d. officij consignare Camerario d. civitatis Fulginie
pro d. civitate recepturo pretium et valorem unius pa-
tere argentee libre unius bone et legalis boni ponderis
eidemque Camerario fidem facere sufficientem de
solutione facta de taxa sui officij, quam secretarijs
apostolicis sui ipsius sumptibus solvere teneatur, manu
D. exactoris Camere ap.lice eam recepturi pro d.is D.nis
secretarijs, et alias ad effectum admitti non possit, et
admissio facta non teneat ipso iure, et nihilominus
incurrant tam d. Mag.ci D.ni Priores et seu Conservatores

ipso

ipsum aliter admittentes, et ipse Iudex sic indebite
admissus in poenam centum librarum denariorum pro parte
qualibet ab eis ipso facto auferendam, et Communi
applicandam ut supra. In causis appellationum, nulli=
tatum, seu recursus, tam in procedendo, quam in decidendo
in primis statuta, et ordinamenta dictae Civitatis tam
edita, quam edenda sequi, et servare teneatur; illasque
ab appellatoribus, de nullitate dicentibus, seu recur=
rentibus, et ab appellatis, et his, contra quos fuerit
de nullitate dictum aut recursum, principaliter,
vel incidenter custodiri, sequi, et servari facere,
et ubi ex his occurrenti casui provisum non appareat,
ius constitutionum, et inde ius canonicum et Civile,
prout casus et facti contingentia suadebit. Non
etiam possit, nec debeat tam in criminalibus, quam in civi=
libus, seu mixtis sententiam ferre prout in cedula, sed
illam, et illas in scriptis legere debeat ad solitum
ius dicendi locum, pronunciando male, vel bene iudi=
catum, et appellatum, absolvendo, vel condemnando
partes, vel aliter sententiam, vel sententias refor=
mando in totum, vel in partem prout res exegerit.
Nec possit de causis coram eo agitandis inter subditos,
aut inter forenses et subditos, sive ratione appellationis,
de nullitate dictionis, aut recursus, sive alio quocumque,

modum, etiamsi commissarius sit, sportulas, vel aliud quoquomodo à subditis recipere, petere, vel exigere, et si recipiat, petat, vel exigat, ultra recepti, et exacti restitutionem, ad quam ipsum omnino teneri volumus, et poenam periurij, incidat vice qualibet in poenam 25. librarum denariorum ipso facto d. communi applicandorum, ut supra. Teneaturque, et debeat continuè per dictam civitatem, in mansione, et loco sibi per d. commune deputando, et constituendo habitare cum decentia pro ipsius qualitate officij, nec ex d. civitate recedere possit absque licentia consilij d. civitatis extra eam pernoctando sub poena in quolibet et quolibet predictorum casuum 25. librarum denariorum ipso facto incurrenda, et applicanda d. communi ut supra. Item teneatur civibus d. civitatis et districtus ipsum requirentibus legere et interpretari die qualibet unam lectionem in iure civili ad ipsorum electionem, et gratis, et sine aliqua mercede. Teneatur insuper et debeat solvere tabellario d. communis electionis et capitulorum latori in illo tunc ducatum unum auri pro cancellario d. communis, qui electionem et capitula scripserit, et quis predictionibus inter civitatem ipsam et ipsum dividendum, et insuper solvere d. tabellario bononenum unum pro quolibet milliario pro suo viatico. Hoc addito, quod si idem iudex electionem ipsam duxerit acceptandam, de premissa ipsius acce=

acceptatione per suas litteras, vel aliter legitimè per
d. Tabellarium d. Mag.cos D.nos Priores certiores faciat, alias
electio, et ipso iure nulla, et ea amplius uti, et iuuari
non possit. Teneatur de residuo, et finito eius officio stare
per quattuor dies continuos coram Syndicatoribus pro
tempore deputandis, aut deputatis extrahendis ad
Syndicatum, seu ipsius vilicationis rationem reddi=
turus, quibus teneatur soluere de suo salario florenos
quattuor monetae papalis pro eorum salario. Quorum
sententiae condemnatoriae stare et acquiescere teneatur,
et debeat. Addentes, quod idem Iudex tempore assum=
ptionis officij iurare teneatur, et a d. praestito iuram.to
absolutionem non petere, nec peti facere, nec oblata
uti, et caussa, et occasione d. sententiae, vel sententiarum tempore
praed. contra eum latae seu latarum, et dependentium ab
eis non appellare, de nullitate non dicere, non supplicare,
non querelare, nec superioris officium implorare,
nec aliquam aliam impetrationem facere. Et si
fuerit appellatum, de nullitate dictum, supplicatum,
querelatum, superioris officium imploratum, aut
quid aliud modo aliquo impetratum, dicta appellatio,
de nullitate dictio, supplicatio, querela, imploratio,
aut impetratio cuiuscumque tenoris, et a quocumque
emanatae sint ipso iure nullae, irritae, et inanes,

et exequi, prout exequi, et è contra pro non factis, non
obtentis, nec concessis haberi velle, et perinde haberi
ac si facta, concessa, obtenta, et impetrata non fuissent,
et nihil. ex dictis sententijs con(tra) eum latis executio nulla=
tenus impediatur. Addentes quod in absentia Iudicis
appellationum pred. vel ipso alr legitime impedito,
Gubernator pro tempore d.e civitatis omnes et singulas
causas secundae instantiae audire, cognoscere, et iuxta
statuta pred.a ac alias prout iuris fuerit terminare
possit, et debeat. Pro suo aut(em) salario d. huius semestralis
officij idem Iudex habeat, et habere debeat, et habebit
ab ex[illegible]tore Camerae apostolicae Fulginaten. flor. 72.
papales eidem de bimestre in bimestre mediante
bulletta Mag.corum Dnorum Priorum pro tempore existentium.
Declarantes, quod si ipsum d. suo semestrali officio
durante egrotare contigerit (quod Deus avertat)
et egritudo sit à 20. dies ultra, quod ultra d.tos 20.
dies sibi salarium aliquod non currat, sed d. comm(unita)ti
applicetur. Et si moreretur (quod multo magis Deus
avertat) salarium sibi debeatur pro tempore, quo
vivens servivierit, et non ultra. Et propterea d.m salarium
sibi forte non solutum, vel d.a aut aliqua condemnatione
con(tra) eum lata à syndicatoribus vel d.a represalia con(tra) dictam
comitatem impetrare non possit, nec debeat, nec ei ullatenus liceat.

De

De electione, et officio Notariorum causarum ciuilium. c. 14.

Ne per falsa iniqui Iudicij assertione innocens litigator op=
primatur, nec falsitas veritati preiudicet, aut
iniquitas preualeat equitati. statuimus, et ordinamus,
ut ad scribendum omnia acta, et scripturas ciuilium
causarum ciuitatis Bononie imbussolentur in bussulo
communis d. ciuitatis omnes, et singuli Notarij de eadem in ea
degentes, seruatis tamen seruandis, et facta vacatione
ab officijs per tempus, et tempora secundum formam Statuti
infra in tit. de extractione Notariorum, et eorum vacatione.
Deinde singulo semestri, in loco palatij residentie
D. Gubernatoris extrahantur ex bussolo predicto et pu=
blicentur nouem Notarij, quorum duo stantes continuis
horis et temporibus de sero in palatio predicti D. Gubernatoris
ad scribendum acta ciuilia eiusdem, et alia quecunque
ciuiles causas concernentia. Tres deputentur ad tribunal
Collateralis D. Pretoris d. ciuitatis similiter continuis
horis et temporibus de mane similiter ad acta ciuilia,
procurationes, tutelas, curas, insinuationes et decreta
quecunque, et ab eisdem dependentia, et alia quecunque
in eorum libris redigenda. Duo sint in domo residentie
D. Iudicij appellationum pro appellationibus et copiandis
processibus causarum ciuilium, et protestationibus et
alijs scribendi. Alij uero sint in banca socij militis

dicti D.ni Pretoris circa summaria cognoscenda, et
decidenda die qualibet incessanter assistens. Ultimus
vero adsit ad bancam pro consulum mercantiæ dictæ
civitatis ad ea similia scribenda, et alia ad d.m Tribunal
necessaria. Addentes quod notarij pred.i creantur
et debeant seriatim, et per ordinem ponere, et scribere
acta pred.a, procurationes, tutelas, curas, et insinuationes
pred.as in corpore libri, et non in marginibus sub pena
25. librarum denariorum ex quolibet actorum ipso facto
incurrenda, et com.i fulginij applicanda. Nullus
notarius de pred.is qui fuerit per sex menses in aliquo
dictorum officiorum possit, aut debeat ad d.m officium, aut in
d.o officio esse, aut eligi inde ad sex menses a die depositi
officij. Et si aliter eligeretur, electio non teneat, et
acceptans puniatur pena 25. librarum denariorum ipso
facto incurrenda, et com.i fulginij applicanda. Possit
tamen notarius, qui ad aliquod officium de predictis
extractus extiterit, si illud per se exercere noluerit,
vel non potuerit, alium loco sui, idoneum tamen, et ad
d.ci officia bis ad minus exercitatum eligere et deputare,
precedente tamen generalis consilij approbatione can.a
nec aliter, nec alio modo, vel m.o illo, ut tres de notarijs
pred.is in d.o consilio proponantur, et qui pluribus suffragijs
obtentus fuerit tali subrogatione fruatur, et talis electio

et deputatio valeat, et teneat, perinde ac si haberetur, ac si ex
bussolo pred(ict)o iuxta formam pred(ict)am fuerit facta extractio.
Et quilibet de notariis pred(icti)s per semestre tantum stet, et
scribat sub iudice, et cum iudice suo ad locum et bancum
sibi deputatum, nec possit, aut debeat coram alio iudice
aut in aliis causis, seu quaestionibus scribere sub eand(em)
poena applicanda ut s(upr)a. Nec quis ex notariis pred(icti)s
possit scribere in aliqua causa, in qua alius scribere
inceperit, donec primi notarii durabit officium sub ead(em)
dicta poena applicanda ut s(upr)a, excepto infirmitate, seu
absentia, vel alio probabili, et a iure considerato im=
pedimento scribentis notarii, quo casu, si litigatoribus
placuerit, possit notarius ipse, alium ex eis idoneum, neu=
trius partium suspectum, et exercitatum, ut s(upr)a loco sui
subrogare, partibus aut discordantibus notarius eligat,
accedente iudicis consensu, dum tamen omnis cesset va=
riatio in modo unum, non alium eligendo. Nullus
de notariis pred(icti)s possit vel debeat in palatio, in quo offi(ciu)m
exercet aliquam procurationem pro alio facere, nec
propriam caussam incipere, seu movere coram iudice,
ad cuius bancam, seu tribunal ad scribendum deputatus
existat, durante eius officio, et si contra fieret, processus
inde sit ipso iure nullus, et contrafaciens incidat in
poenam 25. librarum denariorum vice qualibet, in qua contrafecerit

applicanda ut d.a Et quod scripturis in causis civilib. publicis
iudicialiter productis, et registratis, copiatis, et apud Notarios
repertis, licet originalia ipsa restituta fuerint, seu de=
perdita, plena adhibeatur fides, prout publicis restitutis,
vel alias deperditis. Et scripturae notariorum praedictorum
mortuorum, vel absentium, si reperirentur abbreviatae, vel
cancellatae, intelligantur, et sint, ac habeantur pro extensis,
et plenam faciant fidem, prout si essent extensae. Et quia
ad tollendam detestabilem, perniciosamque consuetudinem
notariorum bancarum causarum civilium d. civitatis omnino,
in quantum possumus, procedere intendimus, ex qua, ma=
teria in filtias, librosque originales occultandi, et subtra=
hendi, litigia propter actorum inordinatorum seriem in
longum protrahendi, et alia a iure prohibita faciendi
plurimum afferebatur, propter assignationem in filtiarum
et librorum in eorum originalibus tam procuratoribus,
et advocatis ipsis, quam iudicibus de causis cognoscentibus,
statuimus, et ordinamus, ut notarii bancarum causarum
civilium praedictarum, ubi vel a partibus ipsis, vel altera
ipsarum, illarumve procuratoribus, vel advocatis, aut a
iusdicentibus de inspectione, et transportatione pro=
cessus fuerint requisiti non in originalibus ipsis, sicuti
hactenus factum esse comperimus, sed in deposito
communi praefacto registro, processu ipso partibus ipsis
alternatim, et prout res exegerit, et ordinariis postulaverit,

ac

ac Iudicibus ipsis accomodent, faciendo prius in contra
bastardellis, seu aliorum libris specialem mentionem de
praemissa assignatione registri de anno, mense, et die
assignationis, et de persona, cui assignatio facta sit,
et cum inscriptione manu propria recipientis registrum,
si scribere sciat, vel eius procuratoris, si scribere nesciat,
et cum expressa penali promissione de trasportando
registrum pred.m ad certum statutum terminum ad partis al-
terius requirentis instantiam. Habebunt autem et ha-
beant notarij pred. de ipsorum actis, et scripturis mercede
iusta et secundum formam taxae inferius descriptae in tit. de
mercede notariorum. Et si contra fieret, puniantur no-
tarij in libris 40. denariorum vice qualibet, et quolibet
dictorum casuum, et applicandis, ut d.ta teneantur ad
omnia damna, expensas, et interesse partium litigantium,
vel alterius ipsarum, et privatione d.ti officij.

De Syndicatu officialium civitatis Bononiae
Syndicatorumque electione et officio. c. 15.

Cum rationi, et iuri consonum sit, ut quilibet vilicationis
suae rationem suo tempore reddat, statuimus et ordi-
namus, quod omnes et singuli Iudices, et officiales dictae
civitatis finitis ipsorum regiminibus et officijs stare,
et morari debeant in civitate Bononiae ad Syndicatum,
reddendo rationem de gestis, neglectis, seu omissis, tam

per eos, q. per eorum familiam et familiares in eorum officijs, et regiminibus, prout diximus in cap.° cuiuslibet Iudicis, et officialis, de quibus supra mentione habuimus, et quatenus in aliquo cap.lo de officiale seu Iudice loquente idomissum fuerit, sub hoc gnli cap.lo inchoatur, et dispositum intelligatur. Electio uerò Syndicatorii Mag. D. Gub.ris fieri debeat modis et formis, de quibus in scripturis liter. in forma Breuis obtentis, et de quibus sub cap.lo de Gub.re habetur. Syndicatores aut D. Potestatis, Collateralis, et Iudicis appellationu, et eorundem, et cuiuslibet ipsor. familie, officialium et familiarium eligantur hoc modo. Fiant duo bussula, in quorum altero imbussulari debeant per Mag.m Consilium d. ciuitatis, uel deputatos ab eo legum doctores, modo et forma, de quibus sub tit.° de Aduocato Mag.ce Ciuitatis. in altero uerò imbussulentur omnes ciues, de consilio centumuirali, et finito officio cuiuslibet ex pred.is iudicibus et officialibus Mag.i Dni Priores una cum conseruatoribus legum accedant ad locum capse, ubi pred.a bussula conseruantur, et per Canc.m de capsa extractis bussulis p.tis, ex uno extrahatur unus doctor, ex altero extrahantur tres ciues, et ex bussulo procurum facto ad patrocinandu uolentib. petitiones, uel querelas dare extrahatur unus notarius,

qui sit futurus actuarius dictorum syndicatorum pro quolibet semestre, quo officialis syndicandus in officio permansit. Qui sic extracti a p.tis Mag.cis Dnis Prioribus vocati in manibus Canc.rii iurare teneantur, dictum eorum officium se bene et fideliter facturos, et per duos dies antequam incipiat aliquis officialium predictorum stare ad syndicatum, syndicatores p.ti teneantur et debeant sub vinculo prestiti iuramenti, et sub pena 25 librarum denariorum a quolibet ipso facto incurrenda, et auferenda, et communi Perusie applicanda transmittere per castra, villas, et loca comitatus d.e civitatis, et eorundem castrorum, villarum, et locorum syndicis precipere ut eisdem hominibus notificent, qua die principiet officialis p.tus stare ad syndicatum. Et per diem ante quam incipiat idem officialis syndicari, emitti faciant bandimenta per loca solita d.e civitatis, quibus innotescat, et intimetur dies syndicatus p.ti officialis. Syndicatus autem incipiat statim post elapsos d.os dies, incipiendo de mane, et die qualibet, quo p.tus syndicatus durabit, sedere debeant syndicatores in palatio solite residentie D. Potestatis ad bancum iuris duabus vicibus, v.z de mane, et de sero, pulsata prius qualibet vice campana magna d.i com.is, et emissis

bandimentis per loca solita d.e civitatis, quę habeant
locū citationum, et ex singulis officialibus quilibet
syndicandus stet per dies sex ad syndicatū, et infra
tres dies dentur, et recipiantur petitiones omnes, et
querelę dandę contra olim officialem eo tempore
syndicandum, eiusdemque familiam, et familiares peculiaris.

De Nundinis faciendis in Civitate Fulginię earumque Praesidentibus, et eorum officio. c. 16.

Cum ex nundinis civitati, in qua fiunt, honor resultet,
et utile hominibus eiusdem sequatur, et commodū,
statuimus, et ordinamus, ut quolibet anno fiant
nundinę in d.a civitate, et domini Priores d. civitatis,
qui fuerint de mensibus Januarii et Februarii
curent, et faciant sub pena eorum praestiti iuramenti
et 25. librarum denariorum ipso facto incurrenda, et d.
coi respective applicanda, ut anno quolibet de
mense Februarii die 10. eiusdem, tempore extractionis
magistratus dominorum Priorum, et aliorum officialium, ac
praefectorum d.e civitatis extrahantur ex buxolo d. coīs,
in quo omnes de consilio imbussulari debeant, sex de
d.is consiliariis, ut e quattuor, qui in nundinis praed. et
illarum tempore habeant, et habere debeant omnimodam
iurisdictionem, merumque et mixtum imperium. Unus
sit notarius, qui in libro actorum per ipsum faciendo in

sui

rii forma et figura universa acta, tam civilia quam crimi=
nalia coram eisdem praesidentibus facienda conscribat;
Alius vero sit Capitaneus, qui universa ad d.m officium
spectantia, et ab eodem provenientia, executione tamen
merencia de mandato eorundem fideliter exequatur. Di=
ctumq. Praesidentium nundinarum officium incipiat anno
quolibet, et incipere debeat die Mercurij proxime tunc
immediate sequentis post festa Paschalia Resurrect.nis
D. N. Jesu Xpi, fiatq. d. die de mane in aurora et antea
pulsari campana d. coris solita et consueta de mane per
horam, et horas consuetas. Deinde hora tertia Praesi=
dentes praed. exeant a Palatio d.ni Mag.ci D.nor. Priorum
quattuor tubicinibus d. coris per plateam ac statas d.as
nundinas fieri solitas, et consuetas proclamari,
eundo cum tubicinibus, et redeundo per loca praed.a
usq. ad Portam Contrakanzae iuxta situm, et alterius
solitum, et consuetum. Durentq. nundinae praed. ac durare
intelligantur per dies 19. et ultra ad beneplacitum d.
coris. Qui quidem Praesidentes teneantur et debeant
omnes, vel duo ex eis, et notarius praed. die qualibet con=
tinuatis horis et temporibus stare, et sedere [illegible]
ad locum eorum solitae residentiae in platea publica
magna d.ae civitatis in loco deputato, vel ab eis deputando
ad eorum solitum tribunal, dictarumq. nundinarum tempore,

illarumq. prorogationis omnes, et singulas caussas tam
civiles, q. criminales, tam inter mercatores, et alias per=
sonas ad ipsas nundinas accedentes, q. etiam inter ipsius
civitatis cives, et incolas, et habitatores eiusd. comita=
tinos et districtuales vertentes audire, cognoscere, deci=
dere, et terminare summarie, simpliciter, et de plano,
sola facti veritate inspecta, et manu regia, ac ibi ipsis
nundinis etiam prorogatis durantib. delinquentes punire
et castigare etiam usq. ad mortem inclusive, poenasq.
pecuniarias pro dictar. nundinar. custodia, et aliter,
prout eis videbitur applicare, et impendere. Et quia
placuit felicis record.nis Paulo Tertio Pontifici Max.o
attenta eiusdem civitatis immemorabili consuetudine
in premissis pro premissor. antiquor. iurium d. civitatis
conservatione, eidem civitati benigne annuenti per
suas lras in forma Brevis mandare, ut Gubernator,
et Rector eiusdem civitatis pro tempore existentes se in
premissis d. nundinar. earumq. prorogationis tempore
durante nullatenus intromittant: idcirco statuimus,
et ordinamus, ut idem Gub.r et Rector pro tempore existen.
in caussis pred.ti et inter personas pred. dictar. nundinar.
earumq. prorogationis tempore durante, se se in premissis
nullatenus intromittat, et ab eor. iurisd.ne et officio desi=
stant iux. et s.m earundem lrar. apostolicar. vim, seriem,
tenorem, et compendia, quar. tenorem hic ad clariorem

oium

omnium intelligentiam, et inspectionem inseri de verbo ad verbum volumus et mandamus, cuius tenor sequitur, et est talis Vtz.

Paulus Papa tertius. Vniversis et singulis Legatis, Vicelegatis, et eorum locumtenentibus, ac quibusvis S. R. E. officialibus quacumque auctoritate fungentibus salutem, et apostolicam benedictionem. Expositi nobis nuper fecerunt dilecti filii Priores et communitas civitatis nostrae Fulginatis, quod licet ab immemorabili tempore citra deputatores custodie nundinarum civitatis predictae per communitatem ipsam ex illius civibus deputari soliti dictarum nundinarum, et earum prorogationis tempore durante omnes et singulas causas tam civiles quam criminales, tam inter mercatores et alias personas ad ipsas nundinas accedentes quam etiam inter ipsius civitatis cives, et homines, et incolas, et habitatores eiusdem vertentes cognoscere, et terminare summarie, simpliciter, et de plano, sola facti veritate inspecta, et manu regia, ac ibi ipsis nundinis etiam prorogatis durantibus delinquentes punire et castigare etiam usque ad mortem inclusive, poenasque pecuniarias pro custodia dictarum nundinarum, et aliter, prout eis videtur, applicare, et impendere, ac Gubernator, et Potestas eiusdem civitatis pro tempore existentes se in premissis nullatenus intromittere, sed ab eorum iurisdictione et officio predictis nundinis etiam prorogatis durantibus cessare.

Ipsa verò Com.tas tempus, pro suis nundinis statuti ad
certum tempus prorogare convenerit, et in pacifica
possessione vel quasi premissa omnia faciendi existant.
Nihilominus ipsi, pro abundantiori cautela cupiunt
per nos precipi ut supra premissis ab aliquibus nō mole=
stentur, et propterea nobis humiliter supplicari fecerunt,
ut eorum votis annuere de benignitate ap.lica
dignaremur. Nos igitur, qui subditorū nostrorū pre=
sertim fide, et devotione erga nos et sedem ap.licam
conspicuos, iurium conservationi, cum benigni=
ter supplicatur libenter intendimus, huiusmodi suppli=
cationibus inclinati, Vobis et cuilibet v.rum in
virtute sanctę obedientię districte precipiendo
mandamus, quatenus Com.tatem et presidentes pred.os
super premissis contra immemorabilem consuetudinē
hactenus laudabiliter observatam huiusmodi nullatenus
molestetis, impediatis, seu quomodolibet perturbetis,
nec molestari, impediri, vel perturbari faciatis. Non
obstantibus constitutionibus, et ordinationibus ap.licis
ceterisq. contrarijs quibuscunq. Dat. Romę apud
Sanctum Marcum sub anulo Piscatoris die 13. Junij
MDXLViij. Pontificatus nostri anno quartodecimo.
Blo. El. Fulgin.

Julius Papa tertius. Ad perpetuam rei memoriam. Cum
sicut accepimus dilecti filij, Com.tas civitatis Regij Lepidi

ex

ex antiqua consuetudine, et ex indulto, seu privilegio ap[osto]lico, nundinas in d[ict]a civitate quotannis celebrare consueverint. Nos ut personæ cu[m] mercib[us], ac animalibus, alijsq[ue] rebus ad ipsas nundinas venientes tuto ac libere id facere possint precibus dictor[um] Co[mmun]itatis nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnes et singulas represalias, quavis ex causa, et ad cuiusvis etiam fisci nostri instantiam, et pro interesse Cameræ ap[osto]licæ quomodolibet hactenus relaxatas, et in futurum relaxandas durante tempore dictar[um] nudinar[um], et illar[um] prorogatione, quandocunq[ue] illas prorogari contigerit, ita quod ad d[ict]as nundinas venientes, et in eis commorantes, et inde discedentes d[ict]ar[um] represaliar[um] prætextu in personis, mercibus, animalib[us], aut alijs bonis quibuscunq[ue] molestari non possint auctoritate ap[osto]lica tenore præsentium ex nunc prout ex tunc, et e contra ad nostrum et sedis ap[osto]licæ beneplacitu[m] suspendimus, et eisdem personis liberum ac tutum salvum conductum adversus d[ict]as represalias concedimus, Mandantes virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna nostri arbitrij, et quoad co[mmun]itates etiam quingentor[um] ducator[um] auri Cameræ ap[osto]licæ applicandor[um], si contrafecerint incurrenda. Omnibus et singulis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Co[mmun]itatib[us], barisellis, cæterisq[ue] officialibus, et executoribus totius status n[ost]ri ecclesiastici

mediate, uel immediate subiectis, ut ad d.as nundinas ueni=
entes non solum contra presentium nostrarum litterarum tenorem
non impediant, sed illas eis obseruent, et obseruari fa=
ciant, omnemque commoditatem eisdem personis ita eundo,
quam redeundo praebeant: nos enim irritum, et inane
quidquid secus à quoque quauis auctte scienter uel igno=
ranter contigerit attentari. Mandantes insuper
moderno, et pro tempore existenti Prouinciae nostrae
Vmbriae Legato, et eius Vicelegato, ut eidem ciuitati et
personis in praemissis fauorabiliter assistentes faciant
eisdem presentes nostras litteras, per praed.o et alias sibi uisas
poenas inuiolabiliter obseruari. Praemissis, ac consti=
tutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrarijs
non obstantibus quibuscunque. Volumus aut, quod presentium
transumptis manuscriptis, uel impressis, et manu
alicuius notarij publici subscriptis, et sigillo personae
in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem
fides in iudicio, et extra adhibeatur, quae originalibus
adhiberetur, si forent exhibitae uel ostensae. Datum
Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die
xi Aprilis MDLiiij. Pontificatus nostri anno quinto.

Jo. Fauner.

De electione Proconsulum Mercatorum,
et artificum, et eor. officio cap. 17.

Cum mercatores, et artifices, ac alios super rebus mobilibus,
quae sub fide uendiderint coram ordinarijs litigare

non deceat, sed magis eisdem super his de proprijs iudicijs sit prouidendum, qui ipsorum causas super praemissis non ex rigore, et iuris apicibus, ac solemnitate, sed de equitate cognoscendo decidant, statuimus, et ordinamus, ut Mag.ci D.ni Priores d.ae ciuitatis pro tempore ex centumuirali consilij decreto teneantur, et debeant, ubi facti exigentia ita habebit, eligere tot consiliarios, mercatores, et aro=matarios, et artifices respectiue eiusdem ciuitatis, quot sufficiant ad bussolum infrascriptum faciendum, qui insimul tres sint pro quolibet officio, et ternatim scribantur in breuiculis, seu cartuccijs tot, quot sunt, uel erunt d.ti sic electi. Postmodumque sic in d.tis breuiculis ternatim descripti ponantur in una cassetta clausa tribus clauibus, diuersis tamen serraturis, quarum clauium unam habeat, et habere debeat Prior Cathedralis Eccl.ae sancti Feliciani d.ae ciuitatis, aliam Gen.lis Camerarius dictarum mercantiarum et artium, aliam et tertiam D.ni Priores pro tempore existentes. Praefataque cassetta stare continue debeat in sacristia d.ae Eccl.ae. Deinde tempore extractionis magistratuum, et aliorum officiorum d.ae ciuitatis, incipiendo die 21. mensis decembris anno quolibet, extrahatur de d.to bussolo, seu cassetta unum ex breui=culis praed.tis et ij, qui inibi descripti apparebunt, et legentur, sint, et uocentur Proconsules artis mercantiae, et aliarum artium d.ae ciuitatis, dictumque officium sui

initium habeat, et habere debeat in Kalendis Jan.rij durety et durare debeat per sex menses faciendo extractionem ipsam de semestre in semestre, dicti sic extracti auctoritate p.ntis statuti habeantur, et sint proconsules dictar. mercantiar. et artiu. cu. omnimoda iurisd.ne, auctoritate, et potestate in premissis et in q.buscunq. necessaria et oportuna. Qui Proconsules teneantur et debeant stare, et sedere ad bancam eor. solitam residentie in platea d.te civitatis omnibus diebus iuridicis tam de mane q. de sero, quam bancam habere debeant ornatam tapeto, vel alio panno honorato cum assistentia notarij ad id deputati, ibidemq. petentibus ius reddere, cognoscere de omnibus et singulis causis, litibus, questionib., et controversijs, que essent, et verti possent inter mercatores, et artifices, et alios de d.ta civitate, et comitatu, et aliunde occasione mercantiar., et artiu., rerumq. aliar. predictar., emergentiu., et dependentiu. a predictis, illasq. diffinire et terminare non ex iuris rigore, aut secundu. iuris apices, sed de bono et equo ac pro veritate, et equitate. Cum aut. sederint ad ius reddendum, teneantur, et debeant procedere modo, et forma infraposito st.to in tit.° Quomodo et qualiter procedatur.

Forma, qualiter procedatur coram Proconsulib. mercantie cap. 18.

Ne questiones, et lites super re mercantili, aut ab ea dependenti inter quoscunq. de d.ta civitate, vel aliunde effici=

efficiantur immortales, sed ut potius de bono et æquo
ac secundum stilum mercantię, celerem qua possint
expeditionem recipiant, statuimus et ordinamus,
ut si aliquis mercator, vel artifex aliquem de d.to
civitate, vel in ea degentem occasione mercantię vel
rei ad mercantiam, vel artem pertinentis, vel ab ea
dependentis, coram Proconsulibus artis mercantię eiusd.
civitatis in ius vocare voluerit, illum per unum e bajulis
co.is d.ę civitatis citari faciat personaliter cum termino
unius diei peremptorie ad comparendum, si in comi=
tatu, vel districtu citandus extiterit, et cum expressa
comminatione, ut etiam in d.o termino veniat ad eligendum
sibi locum in d.a civitate, ubi in posterum ad quoscunque
actus necessarios usque ad sententiam inclusive citari
possit, et velit, alias quod citabitur ad valvas loci
residentię d.orum Proconsulum. Si vero citandus moretur,
seu domicilium habeat in d.a civitate, citari possit pro
eadem die ad comparendum, et pro hora eius, qua cre=
ditor voluerit. Si vero personaliter inveniri non possit,
citari faciat domi solitę habitationis debitoris cum
termino peremptorie, et comminatione pred.a respective,
qua facta citatione, et relatione eiusdem, actor per
talem qualem petitionem intentionem suam contra
suum debitorem in actis redigi faciat, et solutis

capitibus solidorum in manibus notarij d.ti Proconsulum ad rationem bononeni unius pro rata currentis pro quolibet floreno summae pecuniarum, uel rei petitae, praeuia tamen facta extimatione rei per ipsum actorem, ubi res aliqua peti contingat, si reus in d.o termino non comparuerit, incusata contumacia non comparentis, talis sic contumax habeatur pro confesso[a] et conuicto, ac testibus superato, et contra talem sic contumacem Proconsules realem et personalem simul uel diuisim ad uoluntatem creditoris pro summa, uel re petita, et expensis executionem committant, et fieri faciant cum effectu. si uero reus comparuerit, et debitum confiteatur, detur ei terminus ad satisfaciendum sex dierum, quo elapso, et solutione non facta, fiat contra eum executio, ut s.a si uero neget, et actor contra sic negantem produxerit aliquam

apocam

a. Pro confesso. sed an istud statutum ualeat, per quod contumax per unicam et peremptoriam citationem habetur pro confesso et conuicto: et uidetur quod non, ut per Alex. in l. contumacia n.o 15. ff. de re iudic. Bal. in l. receptitia C. de const. pecun. contrarium tamen obseruatur. Aduerte tamen, quod licet tale statutum ualeat, requiritur declaratoria Judicij, ut est tex. et ibi Bar. in l. eius qui delatorem ff. de iur. fisc. Ros. in c. p.o sacra const. lib. 4. in uer. citetur, ubi uide. et not. quod ex forma istius statuti contumax habet.r pro confesso. An autem possit uenire contra executionem sibi, uel contra eum factam ex forma istius statuti, propter contumaciam, et uidetur quod non, quemadmodum nemo potest uenire contra confessionem factam ex ore proprio Hippol. de Marsil. in his singul. sing. 12. pl. generaliter C. de non num. pecun. ubi uide. Sed an istud statutum comprehendat minorem, mulierem, uel rusticum, uide per Paul. Castr. in l. ubi, et ibi etiam p. Alex. col. 2. in uer. praed. faciunt ff. de eden. et quid si fuerint in uero dolo uide ibi p. eosdem Castr. et alleg. per Roland. cons. 60. uol. 2.

apodixam, vel librum non abolitum, non cassum, nec in
aliqua parte sui suspectum, in qua, vel in quo contineatur
promissio, vel obligatio quantitatis,[a] vel rei petitae, Proconsules
faciant ipsi reo dari copiam apodixae, vel partitarum
libri, et terminum ei statuant trium dierum ad opponendum,[b]
et probandum contra ipsam apodixam, et dictum librum ac partitas
eius, et personam creditoris quicquid velit, et possit. Et
si infra dictum terminum non opposuerit, vel opposuerint,
aut nihil quod releuet probauerit, tunc Proconsules
contra talem debitorem pro summa pecuniarum,
vel rei petitae, et expensis executionem relaxare
ac fieri faciant realem, et personalem ad voluntatem
creditoris, ut supra. Declarantes,[c] quod ita demum
libris praedictis, et eorum partitis credi debeat, si
per mercatorem, vel artificem conscripti sint,
sintque intitulati, et chartulati, ac mercantili more
retenti, et de re mercantili,[d] vel ad mercantiam, vel ad
artem pertinenti, vel ab eis dependenti tantum loquatur.

a. quantitatis. sed quid in magna quantitate, an statutum istud operetur,
quod ei plena fides adhibeatur, dicit per Jas. in l. admonendi n. 123. ff.
de iureiur. sequentem Bal. ubi dicit, quod hoc debet intelligi attendente
conscientia iudicis, ut si ei videbitur, considerata qualitate mercatoris.
b. Ad opponendum, et probandum. Concordat cum iure communi, ut per Dec.
in cons. 450. in pri. lib. 2.
c. Declarantes libri mercantiles quid debeant continere, ut dicantur
authentici, et eis credatur, not. hic.
d. De re mercantili. Dic quod istud statutum, etiam si hoc non diceret,
intelligi tamen deberet de re tantum mercantili. Dec. cons. 40. n. 3. lib. 1.

Causæ autem, et quæstiones mercantiles, vel ad mercantiam,
vel ad artem pertinentes, vel ab eis dependentes inter
quascunque personas de d.a civitate, vel in ea, aut eius
comitatu, vel districtu inhabitantes cognosci, et decidi
debeant per Proconsules præfectos a. summariè, simpliciter,
et de plano, et absque libello, et sine strepitu, et figura
iudicij, ac sola facti æquitate, et veritate inspectis,
nec illæ coram alijs iudicibus d.æ civitatis introduci possint,
nec per eos modo aliquo cognosci, aut decidi. quod si secus
fiat, processus inde secutus sit ipso iure nullus, et nihilus,
et qui illas coram alijs iudicibus d.æ civitatis introduxerit,
vel introduci curaverit, incidat ipso facto in pœnam
librarum 25. denariorum communi Perusiæ applicandorum,
ut s.a Volumus etiam, ut interlocutoria præcepta
et sententiæ facta, et latæ, et ferendæ per d.os Proconsules,
aut duos ex eis, dummodo omnes adsint, et absens sit
legitimè requisitus b. valeant, et teneant, ac firmiter
observentur, nec ab eis valeat appellari c. aut recla=
mari, supplicari d. aut de earum nullitate dici, nisi
notoriè ex actis constaret de gravamine, aut earum nullitate.

d. Supplicari. Statutum in hoc non valet, ut per Dec. in cons. 533. n.o 2. lib. 2. ubi de communi opinione testatur. Vide DD. in cap. Pastoralis 53. De Appell. Deco lib. 2.

a. Item de iure com. quia istud statutum tam in modo procedendi, cognoscendi, et decidendi dirigit verba ad d.os Proconsules, non habet locum, nec observatur in alio foro, et si hoc simpliciter diceret, ut per Bar. et alios in l. 1. C. de summ. trin. per Jas. in l. omnes populi 2.a lect. ff. de iust. et iur. sub n.o 39. et ibi per alios, ubi vide.

b. Absens sit legitimè. Statutum autem sententia contra absentem verè contumacem valeat de iure com. est tex. in l. contumacia ff. de re iudic. ubi Bal. et alij, et vide an et quando valeat d.a sententia per Matth. Mattesil. in sing. 17. et ibi late in addit. ad eum.

c. Appellari. Statutum valeat statutum hoc, et dic quod sic, ut per Dec. in cons. 533. lib. 2. hoc tamen non procederet ubi quis manifestè gravaretur. Dec. cons. 49. lib. 1. n.o 7. et verb.

Qui vocati ad D.num Potestatem, et ad alium in d.a civitate jus dicentem appellari, et de nullitate dici potuit, et debeat, qui dictas causas nullitatis et appellationis infra decem dies continuos, dummodo non sint feriati in honore Dei, et sanctorum eius cognoscere, et terminare debeat sub pœna 25. libras denariorum ab eodem de suo salario de facto auferendorum, et retinendorum, et communi applicandorum, ut d.a et insuper teneatur ad interesse parti, dictaque appellationis, et nullitatis causa sit omnino deserta d.o termino elapso, et causa appellationis et nullitatis non expedita, et si creditor voluerit tenutam de bonis debitoris, Proconsules teneantur illam dare, tam de mobilibus, vel se moventibus, quam de immobilibus pro re, vel summa petita, et pro expensis. Declarantes quod tenuta de rebus mobilibus, aut se moventibus valeat, et valere debeat in duplum rei, vel summæ petitæ, de immobilibus vero valeat in triplum rei vel summæ petitæ. et idem locum habeat in debitis confessatis. Tenutam aut de rebus mobilibus, aut de se moventibus teneat creditor per decem dies post illius acceptionem. Tenutā vero de immobilibus teneat per unum mensem post illam acceptam. Quæ tenutæ si per debitorem infra d.m tempus respective recollectæ non fuerint, Proconsules teneantur res præd.as bandiri facere, Vt mobiles, vel se moventes, citato ad id legitime pro certa die et hora debitore præd.o sub hasta tur ad locum residentiæ dictorum

Proconsulum unica tantum subhastatione, et plus offe=
renti dentur, et creditori de pretio satisfiat pro summa,
vel re petita et expensis, et reliquum, si quod adhuc de=
bitori restituatur. Immobilia vero citato debitore, ut
supra, subhastentur in loco praed. duobus continuatis diebus,
et plus offerenti dentur, de pretio eidem creditori satis=
fiat pro summa sui crediti et expensis, et reliquum
quod apparuerit debitori restituatur. Si vero emptores
non reperiantur, vel reperiantur, et pretium nimis
iniustum offerant, tunc Proconsules praevia extimatione
facienda per duos homines per ipsos eligendos res
praed. respectivè pro d. extimato pretio creditori adiu=
dicent, et instrumentum adiudicationis faciant, et
fieri faciant, reliquum, si quod adhuc, debitori solui
faciant; et talis adiudicatio sic facta Proconsulis
ipsos perinde sit et valeat, ac si venditio de eis per
debitorem ipsum facta esset, illaque plenum et perpe=
tuum habeat roboris firmamentum.

De modo seruando in electione, et extractione
Dominorum Priorum. cap. 19.

Quia officium Dnorum Priorum ciuitatis Bulsinii
per utile et necessarium per antiquissima tempora
compertum est; ideo praesenti statuto ordinamus, quod
in futurum extractis omnibus Prioribus, qui in bussulo
Dnorum Priorum existunt, qui ultimo loco extracti fuerint

creantur

teneantur et debeant in primo mense eorum officij, et
citius quo poterunt centumuirale consilium d. ciuitatis
more solito conuocare, et in eo de ciuibus creandis et
obtinendis ad nouum d. Magistratus bussolum faciendum,
et omnium aliorum d. ciuitatis officiorum bussolum, qui tunc
uacare contigerit propositam facere, et circa eam rem
D.ni Priores et Nouemuiri eligant quindecim ciues
idoneos et sufficientes de quolibet tertierio d. ciuitatis,
qui sint de numero consiliariorum, etate prouecti, expe=
rientia et usu docti, et conscientia et fide preditis. Quos
ita obtentos p.ti D.ni Priores ad se uocare debeant,
illisque, et cuilibet eorum per suum Cancellarium iuram.ta
et iuramentum deferre, qui iurare debeant manu
tactis scripturis bene et fideliter bussolum facturos,
et remotis ab eis odio, amore, prece, pretio, timore, et
omni humana gratia. Et si aliquem ex obtentis re=
cusare contigerit ad illud officium attinendum per p.tos
D.nos Priores astringi possit, qui si in sua recusatione
perseuerauerit, nisi iustam causam recusationis alle=
get, que a p.to Mag.co Consilio approbata fuerit, intelli=
gatur omnibus officijs d. communis ipso facto priuatus,
ita quod in futurum ad illa reintegrari non possit,
et alius in eius locum de eodem tertierio eligatur.
Electisque ciuibus, ut d.r obtentis prima die, qua incipere
dictum bussolum decreuerint, solemnem Missam S.ti
Spiritus in Cathedrali Ecclesia Fulginie D.ni Priores
tunc temporis celebrare faciant, in qua ipsi D.ni Priores

et dicti cives electi una cum aliis civibus de consilio
intervenire debeant, dictisque civibus mansio aliqua, in qua
commode morari possint assignetur, ibique una cum Capitaneo
predicto claudantur, et diu noctuque manere debeant, nec
inde discedere, donec et priores integraliter bussulum
predictum compleverint, in quo loco expensis dictis civibus
per dies decem dantur, et illis transactis expensis
propriis vivere debeant, fiantque in tribus bussulis
ballucta pro veneri pares numero in qualibet bursia,
et in una ponantur ballutte, in quibus descripti sunt
Priores terzerii superioris, in alia vero ballutte, in
quibus descripti sunt Priores terzerii medii, in tertia
vero ponantur ballutte, in quibus descripti sunt
Priores terzerii inferioris, et quelibet ballutta con=
tineat in se sex Priores, et in ballutis bursie cuius=
libet terzerii Caput Prior, et Prior novellus sint,
et esse debeant illius terzerii, pro quo bursia illa
facta fuerit, alii vero Priores cuiuslibet terzerii
esse possint, descriptique Caput Priores sint, et esse de=
beant de numero consiliariorum etatis ad minus quin=
quaginta annorum, sintque alias experientia, et longo
usu rerum exercitati, nisi legum, vel medicine
doctores sint, qui etiam si de consilio non essent, vel
etatis predicte in caput Priores describantur. Similiterque

secundi

secundi Priores de numero, et ordine consiliariorum sint, alij vero tres scilicet tertius, quartus, et quintus Priores sint et esse possint etiam de populo, qui tamen de preterito fuerint vel ipsi, vel antiquiores de eius familia de numero dictorum Priorum, et bonis moribus imbuti sint, nec alicui vili exercitio vacent. Prior vero novissimus sit de familia alicuius consiliarij, ita quod pater, vel alius eius ascendens sit, vel fuerit de consilio, dummodo sit bonis moribus imbutus, et vili non vacet exercitio. Et si aliquis contra formam predictam in ballutta aliqua descriptus reperiretur, sit pro non scripto, et nullo modo admittatur, sed in eius locum alius de buxulo specificatorum subrogetur, et nihilominus predicti viri ad buxulum faciendum deputati incidant ipso facto in penam 50. librarum denariorum pro quolibet consilio applicandam. Et si aliquis descriptus bis in dictis balluttis errore, vel data opera reperiatur, pro non scripto nisi semel habeatur, et nullo modo bis admittatur, sed alius de buxulo specificatorum subrogetur. Postquam vero balluttas, quas in dictis buxulis ponere decreverint, ut dictum est posuerint, buxulos Priorum cuiuslibet collegij faciant, in quibus substitutos vulgo dictos spe=ciolatos immittant, in quibus ordinem, et modum supra in eligendis ordinarijs datum servare teneantur. Ad= 12.
dendo, quod duo attinentes ad invicem in primo, vel secundo gradu secundum ius canonicum computandi in linea consanguinitatis, vel affinitatis in prioratu non possint,

imbussulari ad officium Prioratus. Et si contigerit aliquē
ve d.ª ratione tum ex bussulo specialatorum extrahi, non possit
officium exercere, sed alius extrahatur, et sibi locus re=
servatus censeatur pro primo vacante adhuc celerius
et locum, in quo erat extractus. Possint, et teneantur
aliorū officiorū d.ᵉ Civitatis vacantium bussulos facere,
et in eis cives de consilio more solito imbussulare, dummodo
non nisi semel aliquis imbussuletur, et si quis pluries
imbussulatus reperiretur, habeatur pro non imbussulato
nisi semel tantum, et in eius loco secundo extracto alius
subrogetur, et cuiuslibet officij bussulos ordinariorum,
et specialatorum, ut mos fuerit de preterito faciant.
Quibus completis bursas ipsas, et omnes bussulos in capsa
prius locis Cancellarius ipse apponere debeat, capsamque pred.ᵐ
claudere sex clavibus, et illam in sacrario Cathedralis
Ecclesie Fulginie ponere, clavesque pred.ᵃˢ in capsa sex clavium
Dominorum Priorum immittere teneatur, ad quam capsam
sic in sacrario positam pro ea aperienda nullus ex aliquo
magistratu seu prefectura aliquo tempore accedere possit,
nisi cum omnibus ipsis Prioribus, et sex Conservatoribus,
et Canc.ʳᵒ pred. Civitatis, qui solus possit in d.ª capsa in
presentia manus immittere, et non alius sub pena
25. librarum denariorum ipso facto incurrenda, et communi
Fulginie applicanda, et amissione omnium officiorū,
in quibus imbussulatus in aliquo bussulo in d.ª capsa
existere reperiretur, quibus privatus intelligatur, et

ab illis capsis et cancellatus. Nec p(redic)ti D(omi)ni Priores, et
legum conservatores etiam cum d. Can(cellari)o dictã capsam
aperire possint, nisi temporibus consuetis, et consuetis,
et quando eis auctoritas et licentia à Mag(nifi)co Consilio
d. civitatis demandata fuerit. Nec alicui liceat in
buxolo, seu bursa aliqua in d(ict)a capsa existente aliquod
nomen addere, vel minuere, nec videre quę nomina
in eis descripta, vel in aliquo eorum sint. sub pęna
centum librarum denarior(um) ut d(ict)a incurrenda et
applicanda, nisi id à p(redic)to Mag(nifi)co Consilio demandatũ
fuerit, in quo mandato modum et formam à d. Mag(nifi)co
Consilio ordinatum observare debeant et teneantur
sub eadem dicta pęna, per quemlibet eorum incurrenda.
Et quicquid per eos aliter factum fuerit, sit nullum,
et inane, et nullam habeat roboris firmitatem.
Et qui sunt in d. officio Prioratus decem dies ante
finem eorum officij bandimenta facere curent
de nova extractione D(omi)nor(um) Priorum facienda, ipsi
D(omi)ni Priores una cum legum conservatoribus Can(cellari)o
et tota familia ex d. sacrario capsam predictam
accipiant, illamq(ue) solemni, qua decet, pompa ad
palatium D(omi)ni Gubernatoris d. civitatis perferri fa-
ciant, ibidemq(ue) in eiusdem D(omi)ni Gub(ernato)ris p(rese)ntia, habita
prius per ipsum Can(cellariu)m p(ri)m(u)m S(anctissi)mę et individuę Trinitatis
Sanctiss(im)ę Marię semper virginis, et S. Feliciani Mag(nifi)ce

civitatis Fulginie Protectoris invocatione aperiatur prius, et cives ad officium deputandi de his bussulis ex=trahantur, facta prius extractione speculatorum tam ad alia officia, quam etiam ad officium Prioratus, et eo in loco bursa Collegij de quo pro mensibus futuris Dominorum Priorum extractio facienda est, capiatur, omnesque ballutte in dicta bursa existentes in bacili argenteo ponantur, ex quo per predictum D. Gubernatore una ballutta accipiatur, illamque predictus Cancellarius in manibus sumptam, habita prius oratiuncula, aperiat, et in ea descriptos legat, et publicet. Et si contingat aliquem ipsorum Dominorum Priorum de ballutta extracta tempore extractionis, vel postea ante ingressum esse mortuum, vel mori, vel reperiri punctatum, vel officium Prio=ratus nolle acceptare, vel abesse à civitate Fulginei, et tempore completo exercitatum non redire, tunc in locum ipsius mortui, vel punctati, vel recusantis, vel absentis admittatur speculatus ad illum locum de bussolo speculatorum extractus, ita quod ipsorum sex numerus sit integer et imminutus. Addentes quod predicti imbussulatores teneantur facere registrum totius imbussulationis facte per eos tradendum Magnificis Dominis Prioribus sigillatum ponendum, et conser=vandum in capsa predicta.

De

Vide ad Mat.[m] [illegible] Bulla S. R. cap. 31.

De Dominis Prioribus, et iuramento per eos prestando cap. 20.

Officium Dominorum Priorum duret duobus mensibus, qui,
oblongis ad talos usque purpureis vestibus coloris nigrati,
vel, ut dicunt, pavonatij utantur, fascia vel binda
serica, ut vulgo dicunt, taffettani, atque aurea catena
humeros collumque ornatum habeant, et soleis, seu pla=
nellis sericis, seu velluti pedes induant, reliquasque
vestes se suo officio dignas ferant: hunc enim cul=
tum maiores nostri eos decere iudicarunt. Prima
die eorum officij quilibet hora solita civium caterva
preambulo sono campane communis coadunata co=
mitante Cathedralem ecclesiam ingrediatur, ibidemque
omnes coadunati Missam ad principale altare eiusdem
ecclesie audiant, simulque deinde ad palatium Domini
Gubernatoris dicte civitatis accedant, ubi in presentia
antecessorum Priorum quilibet ipsorum corporaliter
tactis scripturis in manibus predicti D. Gubernatoris
Cancellario dicti communis deferente, et acceptante iurent
Sancte Romane ecclesie, Sanctissimo D. N. et Sancte
Sedi Apostolice, ceterisque superioribus, ut par est, fidem,
et obedientiam, ac devotionem prestare, et in eorum
fide, obedientia, et devotione durante tempore eorum
officij civitatem ipsam, suumque populum manutenere,
eorumque officium bene, et legaliter gerere, et omnem

honorem, iurisdictionem, iura immunitatis, et priuilegia
eorum Reipublicae conseruare, iustitiamque tam pauperibus quam
diuitibus aequa lance administrare, statutaque reformationes,
et ordinamenta, et omnia in presenti capitulo contenta, aliaque
decreta, et consuetudines obseruare. Demum ab ante=
cessoribus Prioribus associati ad solitum palatium ire
debeant, et ab eisdem informationem recipere eorum, quae
adhuc executioni demandata non fuere, et in pendenti
remansere. In quo d. Prioratus officio durante, diu
noctuque residentiam faciant, et quilibet eorum faciat,
ibidemque simul comedere, et bibere debeant, nisi iusto im=
pedimento aliquis ipsorum in domo retineatur, nec de
palatio ipsorum exire possint, nisi cum vestibus, et orna=
mentis consuetis, et omnes simul cum tota familia sub
poena priuationis officij, et 25. librarum denariorum pro
quolibet, et qualibet vice ipso facto incurrenda, et
applicanda communi Reipublicae. Nec praedicti Domini Priores
debeant sub eadem dicta poena pro facto proprio, vel ali=
cuius alterius personae ad Dominum Gubernatorem, vel
Praetorem, vel alium officialem, vel superiorem acce=
dere, nisi prius inter ipsos, et nouemviros de ipso accessu
et eius causa deliberatio fiat, qui si accedere delibe=
rauerint cum tota familia et Cancellario d. Ciuitatis
accedere debeant, causamque, de qua deliberauerint
proponant, et non aliam sub eadem dicta poena. Nec

aliquis

aliquis ex iam dictis Prioribus ex caussa propria extra dictam civitatem discedere possit, nisi prius petita et obtenta licencia à Mag.co Consilio d.ae civitatis, qua habita equitando, et associatus à duobus famulis de familia d.i palatij ad minus accedere debeat sub iam dicta pœna ved.a incurrenda et applicanda. Nullus sub eadem met pœna ut supra incurrenda et applicanda postquam extractus fuerit ad d.m officium Prioratus usque ad decem dies post illud finitum possit coram aliquo officiali alios citari facere, vel aliqua ex caussa criminali vel civili, vel mixta convenire, nec etiam possit ab aliquo citari, et conveniri, et si aliquam caussam inceptam habuerit per dictum tempus in ea supersedeatur,[a] et si citatus, vel conventus fuerit, vel alios citari fecerit, vel convenerit ultra iam dictam pœnam, sit citatio nulla, et processus, et quidquid aliud fuerit nullus, et nullum. Inter dictos D.nos Priores primum locum teneat Caput Prior, qui propter eius gradus præeminentiam etiam vestibus sericis nisi colori oblongis tamen ved.a induere possit, cuius cura sit inter Novemviros, et in Mag.co Consilio Generali de casibus occurrentibus propositas facere, legatis, et oratoribus, seu aliter ipsis D.nis Prioribus expositionem aliquam facientibus responsum dare, qui priori loco sedeat, et inter ipsum et eius proximiorem collegam D.nus Pub.s Pr. residat,

[a] supersedeatur. Itaut non recipiat interpretationem à stilo curiæ, nec possit talis stilus ei derogare. Natt. in cons. 319. lib. 2.

inter alios vero duos ille tertium, et quartum sit locus Dni
Pretorij d. civitatis, et inter alios duos ultimos Judex ap=
pellationum eiusdem civitatis sedeat. Sedeant vero post
Dnum Gubernatorem Capite prior, secundus prior, Dnus
Pretor, tertius prior Judex appellationum, quartus
prior, et quintus, Collateralis Dni Pretoris, et prior
novellus ultimo loco. Teneantur pro d. civitatis
officiales ad quaelibet solemnia, in quibus ipsi Dni Prio=
res interesse debent, invitare, atque cum tota familia
ipsius palatij a pluribus civibus quo fieri poterit asso=
ciati accedere debeant, et teneantur. Quorum Dnorum
Priorum ultimus prior, videlicet dictus Prior novellus
super expensis Mag.co domus pro Dnorum Priorum facien.
alijsque ad gubernium Dnorum Prior. pertinentibus curam
habeat. Grateras, vasa, et alia supellectilia d. palatij
tam argentea quam lignea, et alia quaecumque custodire
teneatur, illaque omnia integra successori suo per in=
ventarium consignare; pecunias per signationes
bullettarum executivarum solvendas recipiat, easque
in cippo ad id deputato reponat, et de eis rationem
suo perinde Depositario primus Montis pietatis in
fine officij ipsius reddat. Teneantur pro Dni Priores
et quilibet ipsorum modeste, et laudabiliter vivere,
et in palatio a blasphemia, ludisque prohibitis tam ipsi
abstinere, quam etiam curare, ut illi de eorum familia et
alij abstineant. Barattarias, et inhonestatos faciant,

nec

nec alios facere permittant, sed prioratus gradum in omnibus, et cum omnibus servent sub poena periurii, et priv. et amissione salmar. frumenti prioribus à communi Fulginij dari solitarum. Debeantque negotia per ipsorum predecessores pro communi d. civitatis incepta fine debito terminare, et tempore, quo ipsis necessarium, aut utile videbitur pro expeditione cuiuscumque negotij Novemviros ad solitum sonum campane convocare, eosdemque per propositas uti à Capite prioratus faciendas super occurrentibus negotijs consulere, et quod inter ipsos Dños Priores, et Novemviros more solito obtentum fuerit, ipsi Dñi Priores exequi teneantur. Centumvirale consilium semel ad minus in quolibet mense eorum magistratus more solito convocare, in primo videlicet mense ante lapsum decem dierum, in secundo vero ante lapsum quindecim dierum, in quibus consilijs solum de utilitate publica sit facienda proposita, prius tamen una cum Novemviris, et legum conservatoribus visis apodixis in tamburo repertis, et quas inter ipsos per ballottas seu fabas obtineri videbitur in quolibet ex d. consilijs proponere debeant, de quibus apodixis in tamburo repertis, si aliquas ad infamia alicuius factas viderint eas omnino reijciantur, nec in consilio proponi permittant sub poena 50 librarum denariorum ipso facto pro quolibet ex d.nis Prioribus et Novemviris et legum conservatoribus incurrenda, et communi Fulginij

applicanda. Et alias toties quoties Centumuirale consilium
in quolibet ex d. mensibus conuocare debeant, quoties
ipsis, et pdtis Nouemuiris utile et necessarium uidebitur,
uel ab aliquibus ciuibus alicui negotio prefectis requi=
siti fuerint, et in eo de omnibus negotijs occurren=
tibus propositam facere, et super propositis sententias
dictas a consiliarijs una cum Nouemuiris eligere
debeant, que magis utiles communi Fulginei, uel rei, —
super qua proposita facta fuerit, uidebuntur, easque
ita electas in consilio ballottandas per Cancellarium
proponere, et obtentas more solito pdti Dni Priores,
qua decet celeritate executioni mandare sub pena
prestiti iuramenti. Et si contigerit adhuc dnos Priores
officio durante, quod imbussulati ex aliquo officio
bus quibus omnes extracti fuerint, de eo propositam in
consilio faciant, et quicquid decretum fuerit, iuxta
formam ipsius decreti exequantur et faciant, uel
exequi, et fieri curent bona fide, et nulla adhibita
fraude sub pena prestiti iur.ti Teneantur in consi=
lio cum uestibus, et ornamentis, quibus extra palatium
induere utd. debent in loco eminente cum decoro
et gradu dignitatis sedere. Nec possint a Mag.co Con=
silio pdti Dni Priores, uel aliquis ipsorum aliquid ad
eorum utilitatem, uel honorem, uel gradum petere. Et

si

BIBLIOTECA COMUNALE FOLIGNO

si quis petierit incidat in pœnam 50. librarum denariorum,
et quicquid obtinuerit sit nullum, et nullam habeat
roboris firmitatem, nec aliquo modo id atteqi possit,
et Caput prior, qui de eo propositam fecerit in eandem
pœnam incidat etiam ratione propositæ. Teneantur
quolibet mense semel saltem muros d. civitatis tam
intus, quam extra circumire, et si quid debile aut ruino=
sum, vel defectivum videbunt, id Mag. Consilio notum
faciant, et quam ipsi Mag. Consilio provisionem facere
videbitur, exequantur sub eadem dicta pœna præstiti
iur.ti semelq. ad minus d.ni Priores per duos ex eis
pariter accedentes in eorum officio arces Castri Gualdi
Captaneorum, et Castri Rodis Franchi revisere teneant.,
an earum custodes debitam provisionem pro earum
custodia in eis, et qualibet earum habeant, aliaq. eiusdem
civitatis loca iuxta eorum indigentiam prout eis vide=
bitur revideri faciant. Et si contingat aliquem ex
pris d.nis Prioribus in officio mori (quod Deus aver=
tat) pro eius funeris impensis a Communi dictæ
civitatis floreni duodecim papales erogentur. Vide ad Mat. Eccl. ad Vall. Von. Leg. cap. 21.

De auctoritate et potestate d.norum Priorum c. 21.

Quia quodlibet officium auctoritate, quam habet, fit
nobilius, ideo statuimus, et ordinamus, quod d.ni
Priores d. civitatis, qui pro tempore fuerint, habeant
auctoritatem, et potestatem ad instantiam et requisitione

cuiuslibet particularis personae d.ae civitatis, vel eius comi-
tatus, vel in eo, seu ea habitantium scribere de iustitia
administranda Potestati Castri Guadi Cattaneorum, Pot.
Rovegnanicae, Castellanis Castrorum Verchani, Rapilie,
et Collis Sorethi, Vicariis castrorum Annisi, et Populi.
Qui officiales teneantur et debeant praeceptis et lit-
teris D.norum Priorum in quantum iustitia suadebit
obedire iuxta formam capitulorum pro Potestatum,
et Castellanorum, ac Vicariorum infra sub rub.ca pos. et sub
poena in d. capitulis contenta, possintque querelas de pr.tis
Potestatibus, Castellanis, et Vicariis, seu de aliquo ipsorum
per aliquas particulares personas, vel universitatem
contra personas eorum, vel alicuius ipsorum expositas,
et ubi de interesse alterius partis collitigantis non
agatur, audire, et querelantes ab iniuriis et torto
eorundem defendere, pignora, vel poenas forsan extortas
restitui facere, et indemnitati hominum d.ae civitatis,
et eiusdem comitatus, et in ea, seu eo habitantium =
= penes d. Potestates, Castellanos, et Vicarios, et quemlibet
eorum, ut iustum et aequum videbitur providere. Pos-
sintque p.ti D.ni Priores de querelis et gravaminibus
per particulares personas eiusdem civitatis, vel
eius comitatus, vel in eis seu aliquo eorum degentes,
contra officiales, seu officialem aliquem, vel notarios,
seu notariorum banci damnorum datorum porrectas audire,
et querelantium indemnitati providere. De simoniis,

et

et pecunijs, vel rebus alijs ab officialibus, vel officiali pto
banis extortis, vel aliter male ablatis cognoscere, et simo=
niacos per officiales eiusdem civitatis iuxta eorum debita
pena mulctari facere, extortas pecunias, vel res, vel
aliter male ablatas restitui providere valeant. Ac
consulatu alicuius societatis d. civitatis, vel sindicatu
alicuius castri, seu ville, vel alio offitio eorundem diffe=
rentias inter homines alicuius societatis d. civitatis vel
castri, vel ville vertentes iuxta formam statutorum, seu
reformationum d. civitatis, vel consuetudinem loci illius
debito fine terminandi habeant potestatem. Collectas im=
positas quascunque solvere recusantes, et onera tam
personalia, quam realia, et mixta subire renitentes ad
requisitionem consulis societatis illius, vel sindici castri,
seu ville, sub qua, seu quo talis recusans, seu renitens
erit ad solutionem dictarum collectarum, et ad d.a onera
subeunda compellere possint, et quatenus opus erit per
Dominum Pretorem, vel alium officialem d. civitatis ad
pred.a exequenda p.ti d.ni Priores ita renitentes astringi
facere, quibus prefatus d. Pretor, et alij officiales d.e civi=
tatis omne auxilium et favorem prestare debeant,
et teneantur pro pred.is exequendis sub pena 50. librarum
denariorum per p.tum d. Potestatem, seu alium dicte
civitatis officialem quoties contrafecerint ipso facto
incurrenda, et communi pecunie applicanda.

Not. syndicos castrorum debere cap. ad fideiubendum in principio eorum officij.

Syndicos castrorum, villarumque, ad idonee fideiubendum

prima die eorum officij cogere possint et debeant, alias
nisi eorundem Dnor. Prior. periculo admitti non possint.
Consultoresque, seu Syndicos pro adimplendis negotijs dicti
communis debitores quacunque ex causa, vel occasione
ad ipsorum Dnor. Prior. simplicem requisitionem per
d. civitatis officiales astringi, et detineri facere possint.
Civesque eiusdem civitatis cuicunque negotio praefectos
deputatos quandocunque ipsis videbitur ad se ipsos
vocare, ipsosque ad exequendum mandata eis imposita
compellere possint, et omnia computa cuiuscunque admi=
nistrationis d. communis, vel saltim duo ad minus computa
revideant, et calculent, et reliqua exigant sub poena
25. librarum denariorum ut s.a per quemlibet ipsorum incurrenda
et applicanda, non tamen ea, quae Mag.m Consilium
per alios reviden., et specialiter calculari decrevisset.
Querelasque per aliquam particularem personam, seu
universitatem, contra cives cuicunque negotio praefectos
expositas audire, et si ipsis videbitur partibus auditis
terminare, aut Mag. Consilium d. civitatis desuper
consulere. Quodcunque negotium a Mag. Consilio
d. civitatis eis impositum sine debito quanto citius
terminare valeant et debeant sub iam dicta poena.
Et in negotijs ad ipsorum officium pertinentibus quilibet
de d. civitate, vel comitatu, vel in ea, seu eo habitator
parere et obedire teneatur sub iam dicta poena 25.
librarum denariorum communi Fulginie applicandorum.

Decla=

Declarantes tamen, quod quoties inter aliquos super
predictis, vel aliquo predictorum differentia aliqua coram —
predictis Dominis Prioribus verteretur, teneantur, et debeant
advocatum Communis Fulginie, qui pro tempore erit vocare,
iuxtaque eius consilium differentiam predictam decidere.
Et si quando ipsis Dominis Prioribus videbitur etiam alios iuris=
peritos dicte civitatis ultra ipsum advocatum super tali
differentia consulere, et secundum dicti advocati et aliorum iuris=
peritorum vocatorum, vel maioris partis eorum consilium
questionem et differentiam terminare teneantur, et si
aliter quam predicto advocato, vel maiori parte iurisperitorum
vocatorum, videbitur, differentiam predictam deciderint, —
dictorum Dominorum decisio sit nulla, et nemo astringatur eam
sequi. Itemque maleficia tam in dicta civitate, quam in eius
— territorio, et districtu commissa puniantur, quodque
omnibus et singulis fiat iustitia, et quod nullus contra
ius et iustitiam opprimatur providere possint, et
debeant. Et quod pecunia et res communis indebite
non expendatur, prohibendi auctoritatem et potestatem
habeant. Quascunque litteras nomine communis cuilibet
superiori, vel communitati, vel persone particulari,
vel cuilibet alteri per quoscunque cives quicunque negotio
prefectos mittendas legere facultatem habeant, et si
ipsis videbitur, sigillo communis sigillari posse
concedendi, vel alias desuper Magnificum consilium dicte
civitatis consulendi, nisi à viginti civibus de
numero litterarum scriptarum fuit, quas nec videre, nec si=

gillo claudi negare possint sub pena 50. librarum dena=
riorum qualibet vice incurrenda, et Cam. Fulginie
applicanda. Ipsi tamen DD. Priores ad instantiam
alicuius persone particularis, sive laice, sive eccle=
siastice, vel alicuius superioris alicui, sub eadem dicta
pena, scribere non possint inconsulto consilio. Ipsi
Potestati d. Civitatis Fulginie personam de eius
officialibus et familia et puntaturas facere
iuxta formam capitulorum eiusdem d. Potestatis de [illegible]
de libro explicatorum valeant, et debeant. Quem=
libet ex famulis de familia ipsorum DD. Priorum
quandocumque eis videbitur removendi, et de
palatio d. Communis expellendi facultatem habeant.
Gestimitatos secundum formam statutorum civitatis
Fulginie sub pena in d. statutis contenta impedire
facere possint, et debeant, et non impedientes ad
solutionem d. pene astringere. Item officiales ad pon=
derandum venalem panem, carnes, pisces, et alia
extraordinaria deputati eorum officium ex=
equantur compellere possint, aliaque d. civitati et
eius hominibus utilia facere, et per officiales
d. civitatis, et eius districtus fieri curare possint,
et curent.

De electione Consiliariorum et eorum iur. et officio
Cap. 22.

Cum difficile sit in unum Fulginatem populum
con=

convocare pro negotijs occurrentibus expediendis,
prout visum fuit Consilium vicem populi habere.
Ideo statuimus, et ordinamus, quod si quando d(omi)nis
Prioribus d(ictae) civitatis, et Novemviris videbitur
aliquem esse de d(ict)a civitate idoneum, qui inter
Consiliarios sit aggregandus, et in eorum numero
aggregari petat, illum in consilio proponant,
an ipsis Consiliarijs videatur ipsum in Consiliarium
recipere, et per ballottas, seu fabas tali proposito
pro duabus partibus de tribus obtentis, sit et esse intelli-
gatur de numero Consiliariorum. Nullus tamen in
Consiliarium eligi possit, cuius pater, a quo emancipatus
non fuerit, et seorsum non habitet, vel cuius frater
carnalis, vel sobrinus, vel patruus, cum quo simul
habitet, sit de numero Consiliariorum. Nullus novus
civis d(ictae) civitatis Fulginie a decem annis citra possit
eligi in consiliarium d(ictae) civitatis. Et nullus, qui
fuerit proditor communis Fulginie. §

Ad materiam vide Colell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 31. questo non si deve copiare

Aliae rubricae huius primi libri non fuerunt hic additae
tamquam minus utiles, vel necessariae. Et tunc ipsi videant
apud originale, quod reperitur apud Magistratum, et
Proconsules in publico palatio Civ(itatis) Fulginie

Tabula Rubricarum libri primi

11. De Mag.ci D.ni Gubernatoris iurisd.ne et obligationibus — fol. 1. G. 6.

19 De Pretore, et eius electione — fol. 15. P. 13.

2 De adventu et ingressu Pretoris — fol. 17. P. 14.

12 De iuramento, et iurata promissione Pretoris — fol. 19. P. 15.

18 De officio Pretoris — fol. 23. P. 16.

3 De Collaterali D. Pretoris — fol. 40. C. 2

13. De iuramento D. Collateralis — fol. 43. C. 3

16. De officio D. Collateralis — fol. 44. C. 4.

5 De electione et iur.to notarij maleficiorum — fol. 48. N. 10.

17 De officio notarij maleficiorum — fol. 50. N. 11.

8 De electione, officio, et salario Cancellarij D. Gubernatoris — fol. 57. C. I

21 De socijs militibus D. Pretoris eorumque officio — fol. 57. M. 8.

7 De electione Iudicis appellationis, et eius officio — fol. 61. I. 7.

6 De electione et officio notariorum causarum civilium — fol. 67. N. 9.

22 De syndicatu officialium civitatis Fulginie — fol. 71. S. 22.

15. De nundinis faciendis, earumque presidentibus — fol. 74. N. 12.

9 De electione Proconsulum mercatorum, et eorum officio — fol. 80. P. 17.

10 De forma procedendi coram Proconsulibus — fol. 82. P. 18.

14 De modo servando in electione Dominorum Priorum — fol. 88. P. 19.

20 De D.nis Prioribus, et eorum iur.to — fol. 95. P. 20.

1 De auctoritate et potestate Dominorum Priorum — fol. 101. P. 21.

4 De electione Consiliariorum et eorum iur.to et officio — fol. 106. C. 5.

2.a Rub. de divisione rerum mobilium, vel immobilium.

Item dicimus et ordinamus, quod si Capitaneus, sive Rector, vel eorum iudices receperint querelam de divisione rerum mobilium, vel immobilium facienda, teneatur facere dividi inter eos [illegible] intra dies decem, postquam clarum fuerit, rem esse com(m)unem.a Et si aliquis noluerit dividere, et divisionem facere recusaverit in 100. libras denariorum Co(mmun)i Perusii applicandas condemnetur, et divisionem facere teneatur, exceptis rebus, de quibus fuerit pactum de non dividendo,b et Iudex possit procedere non obstante quod a reo negaretur rem esse communem, et aliorum possidere, opponeret exceptionem praeposterationis,c et de tali quaestione non recipiat salarium, et talis divisio sit rata et firma, et redigatur in publicam formam et scripturam,d et Potestas teneatur facere mitti petentem in possessionem rei divisae, et sicut in instrumento continetur, infra decem dies postquam fuerit ostensum rem esse communem, et summarie [illegible] executioni praedictorum cap(itul)a aliquo non contradicente.

Sed huic statuto videtur derogatum per rub. inf. 79. ubi cavetur inter coniunctos debent compromitti usque in tertium gradum consanguinitatis vel affinitatis, unde in hoc non videtur habere locum. Unde intellige quod possint et teneantur cogere eos ad compromittendum iuxta formam infra praedicti cap.i et per eos sententiae arbitrorum executioni mandentur.
Adverta tamen, quia Dec. in cons. 3. lib. 1. a n.o 7. usque ad fin. videtur sentire contrarium. vide ibi.

a. Postquam clarum. § Item dicitur in l. 1. in fi. ff. comm. divid. et vide formam libelli in l. 1. ff. fam. ercisc. et vide statutum Perusii infra in rub. 31. vide etiam Bar. in l. ad officium ubi etiam Bal. ff. comm. divid.
b. Pactum de non dividendo. De iure pactum ut perpetuo res non dividatur non valet l. in hoc §. si conveniat ff. comm. divid. vide etiam per Alex. cons. 59. col. fin. lib. 5. et cons. 113. lib. 3. late per Dec. cons. 264. in secundo dubio, et ita intellige hoc statutum.
c. Opponeret exceptionem praeposterationis. De modo opponendi vide Bal. in l. 1. in princ. ff. unde gl. l. 1. ff. fam. ercisc.
d. In publicam formam. § Potestas etiam de iure co(mmun)i probatur divisio, nec de substantia requiritur scriptura Dec. cons. 75. in 3.o dubio: imo quando apparet plures possedisse rei partes ut proprias per decennium, praesumitur res illa divisa, et quod cuilibet in divisione pars illa obvenerit glos. in l. pen. C. comm. divid. Alex. cons. 92. lib. 2.

Et si in ipsa divisione aliqua partium fraudem commiserit vel dolum, Iudex debeat cognoscere coiter, et ipsas divi=siones facere sine fraude. Et si aliqua partium divi=dere noluerit ad mandatum Potestatis vel Capitanei, quod Potestas, vel Capitaneus, ~~debeat~~ nolentem divisionem facere, dividere faciat, et faciat fieri breves,[a] et ex=trahi de aliqua bussula, et ille cui obvenerit aliqua pars, quae apparebit, seu erit in illo brevi, quod sibi obvenerit, accipiat. Et divisio, et quicquid fiet in praed.i per d.tum Potestatem et Capitaneum, vel alterum ipsorum, ac si coram factum esset, et teneatur, et debeat defendere ipse Potestas seu Cap.nus huius cap. aliquo alio non obstante. Et praed.a locum habeant in praesenti, praeterito, et futuro. Et si aliquis pupillus, vel minor, vel absens non habens tutorem, vel curatorem in civitate Fulginie, a quibus petatur divisio fieri[b] aliquorum bonorum, quae haberent coia, Potestas, vel Cap.nus vice eorum inde teneatur et debeat vinculo iur.ti eis facere dare tutorem bonum, cum quo possit divisio ipsorum bonorum fieri, et ipsos compellere ad divisionem faciendam, et divisio cum eis facta plenum sortiatur effectum, et minores non obstante minori aetate possint petere divisionem fieri cum illis, cum quibus habent aliqua bona quaecumque. —

Minor si in divisione se enixe laesus fuerit an restituatur vide per D. Philip. de Franc. in princ. hui. tract. de appellat. col. 3.

a: An a divisione facta per sententiam possit appellari vide Bal. in l. fin. in princ. C. com. de leg. et per Philip. Franc. in tract. de appelat. in officien. sub rub. col. 11.

b: A quibus petatur divisio fieri. § Minor de iure communi non potest alios provocare ad divi=sionem, et si ad eius provocationem fit divisio est nulla l. si pupillorum in princ. ubi Doct. ff. de reb. eor. l. penul. C. de praed. minor. Si tamen plures minores provocantur ab uno maiore, etiam inter ipsos minores fieri pot. divisio Bar. in l. inter pupillos ff. de auct. tut. Item pot. minor provocare maiorem quando non expediret stare in communione Bar. in d. l. inter pupillos, Alex. cons. 7. lib. 5. in fi. Socin. iun. cons. 40. col. 2. lib. 1.

3.a Rub. De rebus, quæ commodè diuidi non possunt.

Item dicimus et ordinamus, quod quisquis haberet rem communem cum aliquo, quæ commodè[a] diuidi non possit, ad postulationem partium, uel unius ipsorum, Potestas, uel Capitaneus, uel eorum Iudex, faciat rem ipsam æstimare iuste, et ipsam adiudicare per duos homines à partibus electos illi, cui per sortem[b] obuenerit pro iusto et conuenienti pretio. Quod si d. duo non concordauerint, tertium eligatur per curiam, exceptis uiis[c] uicinalibus, et scalis, et muris communibus inter aliquos existentibus, quæ nullo modo possint diuidi, nisi cum concordia et uoluntate illorum, quorum essent d. uiæ et scalæ.

[a] Commodè. § quæ res dicatur commodè non posse diuidi, et quæ commodè possit, uide Bal. in l. sancimus C. de donat. n.o 9.

[b] Illi, cui per sortem. § Si tamen unus habet maiorem partem quam alius, tunc illi adiudicatur, qui maiorem partem habet Bal. in d. l. sancimus C. de donat. n.o 9. Corn. cons. 91. n.o 7.

[c] Exceptis uiis. § Adde quod nulla res, quæ communis esset inter aliquos, si unus ea priuatus, pars sua, quæ illi rei com(muni) inseruiebat efficeretur inutilis, tunc non diuideretur, nec admitteretur licitatio, ut per Bal. in l. arbor § de uestibulo ff. commun. diuid. Capic. decis. 63.

4.a Rub. de his qui possederint aliqua rem com(munem).

Item dicimus et ordinamus, quod si quis possidet, uel possederit aliqua rem communem, scilicet domum, casalinum, uiam, uel cortinam alicuius domus, uel turris, uel aliquod aliud ædificium per spatium alicuius temporis, uel longo tempore, et aliqua immiserit[a], uel appodiauerit in ipsa domo, uia, seu cortina domus, uel turris, illud quod immiserit, uel appodiauerit retinere non possit, nec ipsa immissio, seu appodiatio præiudicet alicui ius habenti in ipsa re.

[a] Aliqua immiserit. § et quia ædificatum habebat communionem in solo ædificato, ideo non erat licitum socio propria auctoritate ædificatum destruere: tunc enim tantum licet ædificatum destruere in meo, quando solum in quo est ædificatum pertinet ad me, secus si ædificans habet communionem. Bar. in l. 1. § nunciatio ff. de oper. nou. nunt. Dec. cons. 221. col. 3. in fi. et alij in d. § nunciatio.

Et Potestas et Capitaneus, sive rector et Iudex causarum civilium communis Eugubii ad petitionem cuiuscumque petentis habentis ius in domo, turri, casalena, seu contra, teneatur facere removeri[b] edificium, et separari quicquid per aliquam personam esset immissum, appodiatum, vel impositum infra octo dies postquam querelam receperit, sive libelli petitionem. Et si quis suis expensis faceret, et fieri faceret aliquod edificium seu murum communem cum suo convicino cuiuscumque conditionis sit, teneatur et debeat omni exceptione remota satisfacere medietatem omnium et singularum expensarum factarum per ipsum construentem, seu construi facientem murum, vel edificium commune non obstante quod in ipso sit aliquid appodiatum, vel immissum per se, vel per alium, sed incipiatur, quod murum, vel edificium sit factum expensis unius partis, quo facto Potestas, et Capitaneus sive rector, et ipsorum Iudex, et quilibet ipsorum teneatur et debeat sub pena 25. librarum denariorum, in quibus si contrafecerint teneantur et debeant condemnari infra octo dies postquam alter ipsorum querelam receperit sine strepitu et figura iudicii constringere principaliter illum, vel illos, in quorum casalena, vel solo edificatum vel muratum fuerit ipsorum conviciniorum ad recipiendum omnes expensas factas in medietate dicti muri, sive edificij. Et si in predictis Potestas, vel Capitaneus, vel rector, et ipsorum Iudex negligentes extiterint, quilibet ipsorum in dicta quantitate debeat condemnari.

---

[b] Facere removeri] sed sciente, vidente, et patiente domino soli edificatum fuerit, ille sciens, videns, et patiens censetur remisisse ius quod ei competebat in loco, in quo edificatum fuit. Paul. de Castr. in cons. 317. sup. 2° quesito lib. 2. Aym. Cravet. cons. 124. n. 10. lib. 1. et de

et de his absolutionem petere non possit. Et hoc capitulum praeiudicet ut valeat in praesenti, praeterito, et futuro. Item quod aedificans nec convenire possit convicinum suum, vel consortem suum ut satisfaciat expensas muri vel aedificij, nisi tunc, quando voluerit suum aedificium ponere, seu astare super dicto muro. Item si quis tenens inter aliquam turrim ruperit, vel fregerit in aliqua parte, et murum ipsius turris vel vadum, seu fenestram fecerit, quod Potestas teneatur reaptari facere murum sumptibus, et expensis rumpentis seu frangentis, vel vadum seu fenestram quomodolibet facientis, nisi forte fuerit de voluntate, et licentia illorum, quorum esset ipsa turris, vel maioris partis ipsorum talium dominorum.

5a Rub. De electione et officio Baiulorum.

Item dicimus et ordinamus, quod Baiuli comitatus Fulginei sint numero quadraginta, qui debeant habere baiulatum pro toto anno sine salario, et quilibet ipsorum baiulorum teneatur portare infulam de panno rubeo appositis desuper filijs, quas infulas de ipsorum pretio emere teneantur. Quorum baiulorum xxv. sint, et esse debeant de civitate Fulginei, et alij de comitatu, videlicet duo de castro Rasilie, unus de castro Popule, duo de castro Collis Floreti, duo de castro Verchiani, quorum unus sit cum castellano dicti castri, et sibi serviat, unus de villa Afrilis, unus de Pageti, unus de castro Capitisaquae, duo de Valtopina, et Vulperino, unus de villa Fundi, unus de castro Scopuli, et unus de Sitino, unus de castro Palis, unus de villa Vesie, unus de villa Roviseti, unus de societate S. Martini, unus de villa Annifi. Et praedicti xxv. intelligantur et inveniantur

in huiusmodi modum vz, quod Potestas, vel Capitaneus faciat
bandiri per loca consueta ciuitatis Fulginij, quod quicunq.
vult recipere baiulatum veniat coram eis, et ipsorum
officialibus recepturus infra certum terminu, et qui de=
ficerent eligantur per consilium generale d. ciuitatis
pro quolibet terzerio, prout conuenit fieri, et nullus
nouus ciuis a decem annis citra in d. officio eligatur,
et si eligeretur non cogatur ad recipiendum. Qui baiuli
teneantur, et debeant omnes, et singulas ambasiatas pro
communi et specialibus personis ciuitatis facere legaliter
et bona fide, et a quinq. miliaribus infra, et abinde ultra
habeant pro qualibet die duos solidos pro sua ambasiata,
et non plus petant, nec recipiant. Et si quis predictorum
baiulorum predicta non obseruauerit in centum solidis
denariorum condemnetur communi Fulginij applicandis.
Et dent bonos fideiussores de eorum officio fideliter
exercendo, et ratione reddenda in Syndicaria tam
communi quam specialibus personis. Et quilibet ipsorum habeat
patrimonium in ciuitate Fulginia valoris 25. librarum
ad minus, et non in fraudem eorum. Et duo fratres carnales
non possint esse in eodem officio. Et recipiant pro eorum
iure in ciuitate Fulginij pro qualibet una citatione
de una parte unum denarium, usq. ad S. Marcellum
sex denarios, per tenutas vero in ciuitate, et per
ciuitatem Fulginia duos denarios, per territorium pro
quolibet miliari habeat tres denarios, et non plus.

Et si plures homines in simul citaverit unum denarium
pro quolibet. Et nullus dictorum baiulorum possit habere ba-
iulam alicuius domini de terra. Et si aliquis dictorum baiulorum
iret cum mallis ad domum alicuius, quod illa die
pro rata recipiat duodecim denarios, et plus ad
mandatum Iudicis, coram quo questio ventilatur.
Et si iverit ad pignorandum, faciat scribi cuius
mandato vadat, et aliter non pignoret. Et si quis datus
fuerit executor debiti contra aliquos debitores, executionem
facere teneatur de bonis creditoris ad sensum, et si
non fecerit solvat pro qualibet vice V solidos denariorum.
Et si pro suo iure aliquod pignus acceperit, ipsum
ponat apud convicinum pignorati, et omnia pignora
possint accipere à debitoribus, et dare creditoribus, preter
pannos de dorso, et lectos, et arma, et non extrahat
ostia domus alicuius, nisi pro debito communis. Et ipsi ba-
iuli non vadant ad nuptias, seu cavalcatas, seu pro
blado, canepa, et aliis, nisi pro illis, quas soliti sunt
accipere ab illis de terra. Quam canapam non accipiat
sine gratia illius, cuius esset, et si aliter reciperent
puniantur ut supra. Et quilibet dictorum baiulorum portet
infulam in capite continue, et qui contra fecerit +
in quinque solidos communi fulginie condemnetur.
Et si aliquis baiulus citaverit aliquem pro aliquo
malefitio ab ipso citato pro prima citatione nihil

recipiat, sed mandet executioni mandatum sibi factum,
et si vocaverit aliquem pro damno dato, et tunc
baiulus citet eum nullo recepto pretio. Et si ipsi ba=
iuli vocati fuerint per bandimentum vel campanam
consuetam, vel per nuntium communis, teneantur venire ad
curiam, et parere mandato Potestatis, Capitanei vel rectoris,
et officialium communis Fulginie, qui reddunt ius in dicta
civitate, et dare ipsis officialibus melius consilium,
quod ipsis videbitur pro honore, et utilitate communis
Fulginie, et credentias eis impositas tenere, et pecu=
niam communis non fraudare. Et teneantur ipsi baiuli
communi et specialiter de eorum officio reddere rationem,
et si quis ipsorum baiulorum ausus fuerit accipere aliquod
pignus alicuius persone sine mandato dictorum officialium
vel alterius ipsorum in centum solidos denariorum communi
Fulginie condemnetur, et pignus sine pretio statim
restituatur. Et si quis dictorum baiulorum mandatum
dictorum officialium recusaverit, solvere debeat dictum
bandum, et liceat dictis officialibus contrafacientes pu=
nire, et dictas insulas cogere ad portandum. Et nullus ba=
iulorum quorumque insulam non habuerit, vel non porta=
verit balie officium non valeat operari. Et ea omnia
prout supradicta sunt predicti baiuli observare et fa=
cere teneantur vinculo iuramenti, et nullus dictorum
baiulorum aliquas bra[illegible] audeat portare extra territorium

civitatis

civitatis fulginie sine licentia potestatis, capitanei,
vel Rectoris, et qui contra fecerit in l. solidos denariorum
coi fulginie condemnetur, et plus arbitrio potestatis
inspecta qualitate delicti, et persone, et quantitate ne=
gotij. Et nullus qui tenet equum pro coi vel fuerit
berruarius non sit, nec eligi possit in baiulum, Nec
aliquis habens bona valentia cccc. librarum denariorum,
Et de alijs, qui non sunt eligendi remaneat in providentia
potestatis. Et nullus baiulus possit esse procurator alicuius persone,
Et qui contrafecerit in 25. libras den. condemnetur,
et nullus capitularius possit esse in d. officio. Et baiulus qui
steterit in domo alicuius discedat sine licentia potestatis. a.
Et quilibet baiulus teneatur deferre imbasciatas in
termino sibi dato et posito. Et postquam de iure suo fuerit
satisfactum, et exequi debeat pro suo salario sibi con=
cesso in hoc statuto, et si quis contrafecerit solvat coi fulgin.
quinque solidos den. et quilibet possit contrafacientem in
accusare, et habeat medietatem banni. Et nullus ba=
iulus audeat pignorare, nec alicui pignus facere
de civitate fulgin. vel eius districtu, pro aliqua persona
que non sit supposita iurisdictioni coi fulgini, et qui contra
fecerit solvat coi fulgin. 20. solidos den. Et quilibet
possit contra facientem accusare, et habeat medietatem
banni. Sed baiuli coi vigore presentis capituli habeant

a. Hoc statutum videtur requirere commissionem iudicis, sic de iure coi l. fin.
C. de exhib. reis. tamen firmiter videtur tenere contrarium, quod valeat
relatio sine commissione c. qui in [illegible] de probat.

plenam licentiam, et liberam potestatem in maleficijs
personalibus citandi, sine aliquo m.to Potestatis, Capitanei,
sive alicuius rectoris vel officialis, et p.tus teneatur
vinculo iur.ti omnes baiulos facere iurare in princi-
pio regiminis, quod incontinenti id quod ad aures
ipsorum, vel alicuius ipsorum pervenerit maleficium fore
factum et commissum in civitate Fulginij, vel eius
districtu, procurent omni mora postposita citare illum
vel illos qui huiusmodi maleficium perpetrassent, et etiam
illum, vel illos, qui ad ipsum maleficium committendum
et perpetrandum dedissent auxilium, consilium, vel favorem.
Et debeant ad certum terminum comparere coram Pote,
vel eius Iudice maleficiorum, vel eius curia, et excusare
se ab ipso maleficio, vel maleficijs, et citationes sic factae
pro legitimis habeantur, et habeant roboris firmitatem,
ac si de mandato ipsorum officialium factae fuissent.
Et si aliquis baiulus fuerit ab aliquo requisitus, quod
citet aliquem coram aliquo officiali civitatis Fulginei
ad aliquem actum in criminali, sive civili, volendo
de suo labore satisfacere in formam huius statuti,
et facere recusaverit, pro qualibet vice officialis et
qui voluerit facere citari teneatur vinculo iur.ti
a tali baiulo recusante de facto auferre v. solidos
denariorum, et ad manus Cam.rij facere pervenire. Et de
pred.s stetur iur.to accusatoris, et quilibet possit contra-
facientem accusare, nisi excusationem legitimam haberet.

ipsa

ipsam ambasiatam non faciendi. Additum est dicto cap.° quod omnia et singula pignora, que ipsi baiuli, vel alter ex ipsis acceperint a quibuscumque personis infra tres dies a die accepti pignoris debeant notificare illud, a quo ipsi pignora acceperint, qualiter ab eo ipsum pignus accepit, et quale pignus est, et locu certum ubi sit, ad penam 20. solid. denar. pro qualibet vice, que pena a contrafaciente per quemcumque officialem coram quo petitum fuerit de facto debeat auferri. Quod ultimi supra scriptorum baiulorum officium incipiat in festo S. Feliciani, et duret per totum annu. Et eligantur ipsi baiuli octo diebus ante festum S. Feliciani; ad quod officium non possit eligi aliquis artifex, cum sit sua arte impeditus, et intelligatur artifex, qui scriptus est in matricula sue artis ante quam ad d.tum officium esset electus. Et si quis baiulus in d.° officio baiulatus aliquam committeret falsitatem puniatur pena falsi secundum formam statutorum d.e civitatis.

6.a rub. Quod nullus baiulus debeat in pignus aliqua arma, nec pannos de dorso.

Statuimus, et ordinamus, quod nullus baiulus, nec quis aliquis alius nuntius com.is vel populi civit. Bolonie recipere debeat pro eorum salario, nec pro tenuta alicui danda in pignus aliqua arma, nec pannos de dorso, et si contrafecerit vice qualibet cuiuslibet condemnetur in 20. solid. den. et pannos, et arma restituere teneatur hine

acceptione alicuius salarij. Et liceat unicuique cui auferetur sua propria autte reaufferre sine pena et banno.

7.a rub. De electione Consiliariorum, et eorum officio.

Item dicimus et ordinamus, quod Consiliarij Com.is Fulginie sint numero centum quinquaginta, Ut quod eligantur de quolibet ... quinquaginta cum alijs officialibus Com.is Fulginie, cuius fuerint electiones, qui eligantur per data hominum societatis civitatis Fulginie. Et dicti Consiliarij debeant omnibus consilijs interesse, preter consiliis populi. Qui consiliarij teneantur et debeant venire ad consilium ad sonum campane, et vocem preconis, requisitionem baiuli, et consulere potestati sive rectori bene et legaliter, sicut eis melius visum fuerit bona fide, et sine fraude pro honore et bono statu Com.is populi, et civitatis Fulginie. Et si aliquis consiliarius consu=luerit super aliquo pretio sibi dato, vel promissione sibi facta in 20 libr. den. Com.is Fulginie puniatur, et de ipso consilio expellatur. In quo quidem consilio duo fratres carnales, filius cum patre, nisi essent divisi, vel si filius esset emancipatus, vel si continue simul habitaverint esse non possint. Et si aliquis electus fuerit contra hanc constitutionem, electio non valeat, et quilibet possit eos accusare coram quolibet officiali, et potestas, Capitaneus, sive Rector tali accusatori nullum grava=

grauamen possit imponere. Et nullus nouus ciuis
dictę ciuitatis Fulginij à decem annis citra possit
eligi in consiliarium ciuitatis Fulginij, et si electus
fuerit, eius electio non valeat. Et teneantur ipsi
consiliarij ipsum consiliare officium bona fide,
et sine fraude exercere, et omnes credentias eis
impositas pro com. Fulgin. tenere, et eas nō manifestare,
manifestantes secreta consilij. — et si quis ipsorum credentias manifestauerit, soluat
com. Fulginij decem libras denar. et de ipso consilio
expellatur, et nullum officium habere possit in
ciuitate Fulginij. Et debeant d. officiales eligi sm
formam d. statuti. Et si consilium bannitum fuerit de
sero pro mane, quicumque consiliarius non venerit
in quinque solid. den. com. Fulgin. condemnetur, nisi
consiliarius esset infirmus, vel iurauerit se non
audiuisse bandimenta de sero facta, vel campanā,
vel exiuisset extra ciuitatem tempore pulsationis cam=
panę, vel fuisset in via eundi ex ciuitate Fulgin.
Et nullus de cuius negotio tractetur in d. consilio
permanere possit, et si permanserit, non valeat
quicquid super ipso facto fuerit deliberatum in fauorem
ipsius, et nihil. soluat bandum v. solid. den. Et si
Potestas, Capit. siue rector, vel aliquis officialis aliquid
proposuerit, vel dixerit, quod videatur esse in preiudicium
dicti com., vel specialis personę, et ipsi consiliarij tace=
rent, et non responderent, quod talis taciturnitas
pro nihilo habeatur, et ipsa petitio, siue proposita

non valeat de iure. Et nullus, qui fuerit proditor Com=
fulginie, vel alicuius d(ict)e civitatis, et descendentes
ab eis non possint, nec debeant esse de aliquo consilio,
nec aliquod officium habere possint in d(ict)a civitate
fulgin(ii), et quicumque elegerit in pena XXV libr. den. Com=
fulginie condemnetur, et in tantundem condemnetur
electus si acceptaverit, et ista electio nulla habeat
roboris firmitatem. Et si aliquis maior LXX annis fue=
rit electus consiliarius possit se excusare, et non teneat(ur)
nec cogatur esse consiliarius, nisi voluerit esse. Et
quod rectores artium possint et debeant venire ad
consilium gen(era)le et valeat vox eorum, ut aliorum consili=
ariorum, dummodo rectores cuiuslibet artis non debeant
nec esse possint ultra numerum, et qui vocant(ur) consules
semper vocentur rectores, et non consules. Et nullus
concionator concionando dicat id quod primus, seu
alter dixerit. Et quicumque contrafecerit pro qualibet
vice in quinque solid. den. Comfulgin. condemnetur. Et
omnes milites, et iudices d(ict)e civitatis et districtus fulgin(ii)
et etiam filii ipsorum militum et iudicum patribus non viventibus,
et ubi plures essent in una domo maior ipsorum filiorum
sit, et esse intelligatur consiliarius civitatis fulgin(ii),
et de numero consiliariorum gentium d(ict)e civitatis. Et
notarius reformationum d(ict)e civitatis debeat, et teneatur
inter alios consiliarios scribere nomina omnium militum
iudicum, et filiorum dictorum militum, et ipsos legere in

quo=

quolibet consilio generali, quolibet dominis, militibus, et iudicibus et filiis militum super contentis, licentia de non veniendo ad dictum consilium concedi non possit, nisi per Priores, qui pro tempore fuerint, et omnes Priores in eorum concordia existentes. Et quod in unoquoque consilio non possint arrengari nisi quattuor concionatores. Item quod in praedictum consiliarios licentia et auctoritas Potestatis, Capitanei, seu rectoris, vel eorum alterius, ipsorum vicarii, aliorumque officialium dicti communis Fulginii, et cuiuslibet ipsorum, penitus, et expresse intelligatur, quod ipse, et quilibet eorum cuilibet ex consiliariis, qui aliter licentiam petierit de non veniendo, stando, et accedendo ad consilium, vel tractando consilio recedere possit, autem habeat Potestas, Capitaneus, licentiam impertiri, et praedictos dominos Priores populi Fulginii et praedictos reformationum, et eorum quemlibet licentiam ipsis dari possit

Quarta rubrica. De his qui excipiuntur venire ad consilium.

Item dicimus, et ordinamus, quod si aliquis steterit extra civitatem Fulginii quando pulsatur campana ad consilium, et si esset paratus cum discos, vel si esset ad tabulam ad comedendum, quod non teneatur venire ad consilium, nec teneatur ad poenam, et si essent infirmi et non teneantur ad poenam, nec venire, et de praedictis stetur sacramento suo.

9a rubrica. De rebus quae tenentur conservari in mensura cum ...

+ Item dicimus et ordinamus, quod si quis habuerit, vel habeat aliquam rem ad scriptum, pro qua teneretur solvere

canonem, siue censum, uel pecuniã alicui p.[i] et per spatium alicuius temporis non soluat, ipsam rem perdere non possit propter canonem non solutum siue censũ, dummodo uelit soluere ipsũ canonem siue censum uel pecuniam ante litem contestatam, pro temporibus retroactis, pro quibus non soluisset, quod si non fecerit, cadat á iure suo. Et si qui accipit, uel acceperit aliquã rem ad scriptum, habeat filium, uel filiam, nepotem, uel neptim descendentem[a] usque in tertium gradũ sufficiat, et de loco masculorum[b] habere filias, fratrem, sororem, uel nepotes, et ualeat ipsis mulieribus, non obstante cap.[o] quod loquitur qd mulier non possit ad successionem, dummodo d.[e] filiæ, uel nepotes soluant censum, pro quo p.[a] emphyteuta recepit ipsam rem. Et hoc capitulum, et omnia in eo contenta ualeant, et teneant, et locum habeant in præsenti, præteritis, et futuris. Et si non soluerint censum, res illa ad dominum reuertatur. Et si quis uendiderit, uel alienauerit suam rem teneatur soluere domino proprietatis pro lib. qualibet pecuniæ duodecim den., et non plus, et dominus rei pro ipsa quantitate liberam scriptam facere teneatur. Et si-

+ Statutum hoc non uidetur ualere quia imo si hoc per rescriptũ Papæ disponeretur non esset attendendum. Bal. in l. si ante col. 1. C. de pact. int. empt. et uend. Marian. soc. cons. 106 col. 1. lib. 2.

An statutum hoc habeat locum in emphyteusi eccl.[a] uidetur quod non per trad. per Abb. in c. secretæ mariæ col. 12. uers. ego autem dicerem eo. de testib. Corn. cons. 251. lib. 3.

a. descendentem. Dispositio istius st.ti de emphyteusi eccl.[a] ualet et tenet, quia statutũ non disponit de rebus eccliæ, sed de utili dominio, quod est laicorum. Petr. de Anc. cons. 125. col. pen. And. Barbac. in cons. 14. col. fi. lib. 1. Socin. iun. cons. 71. n. 13. 75. lib. 1.

b. loco masculorum habere filias. St. Aduerte quia regulariter licet emphyteusis esset concessa pro fœminis et masculis p. intimul succedant, tamen in ciuitate nostra per statutũ inf. de success. mul. donec stat masculus non succedit fœmina. Bar. in l. ut iurisiuran. §. si liberi col. pen. ff. de oper. libert. cum ad quem ipse per Socin. cons. 51. n. 36. lib. 4. Corn. cons. 145. col. fin. Paris. cons. 14. n. 41. lib. 1. Jas. in l. omnes populi n. 29. ff. de iust. et iur.

Et si quis de tertia generatione decesserit, pro tali nascente pretium pro rata soluat, sicut contingeret pro persona defuncti, de pretio in ~~contractu~~ contracto contento. Et si ille, qui receperit scriptum, filios masculos non habuerit, filiae foeminae, vel nepotes, aut neptes succedant ipsi emphyteutae: ita tamen, quod in renouatione contractuum soluat domino, vel quasi domino rei tantum, quantum primus emphyteuta pro prima concessione soluerit, et ipse dominus, vel quasi dominus contractum emphyteuticum renouare debeat, et teneatur. Et si quis rem concessam, vel alienatam ad scriptum alicui alij duxerit locandam, talis concessio non valeat, nec habeat roboris firmitatem, et Potestas, Capitaneus, siue rector ipsum primum conductorem in possessione rei praedictae defendat, et defendere teneatur, et sine inquietatione aliqua conseruare. Et quicunque habet aliquam domum, rem, seu possessionem ad scriptum non perdat, nec perdere possit rem, nec a iure suo cadat propter canonem non solutum, sed soluere teneatur domino rei secundum quod superius est expressum. Et ad praedicta omnia obseruanda Potestas, Capitaneus et rector, Priores populi Ciuitatis Fulginie teneantur, et debeant personaliter requirere dominum Episcopum Fulginatem, et quoscunque alios dicentes se ius habere in re praedicta emphyteuticaria, et rogare pro parte ipsorum, et dicti Comunis, quod praedicta obseruet, et faciat obseruari, cum sit consonum aequitati, et nihilominus dicti officiales teneantur et debeant vinculo

c. Et si quis de tertia &c. De ista tertia generatione vide Bal. de renouat. in auth. si quas C. de sacros. eccles. et clerie. qualiter intelligatur tertia generatio per Specul. in tit. de locat. et per Jas. in l. 2. C. de iur. emphyt. Et finita tertia generatione renouari debet successoribus, ut per Bar. in l. 1. § permittitur ff. de aqua quotid. et aestiu. ubi magistraliter et per nouissimos in l. 1. ff. de priuil. cred. et alijs locis pluribus. Sed quanto tempore praescribatur huic iuri petendi reformationem dicunt ut in apostillis ad Bar. in d. § permittitur.

iuramenti et pena centum lib. den. pro quolibet, et tenentur facere
affictare eis, fauore, et auxilium exhibere, et predicta omnia
integraliter obseruare, intelligendo, quod nullus talem rem
emat, nec possideat, nec laboret, nec litem suscipiat de re ipsa
contra uoluntatem primi emphyteute, et succedentium, non
obstante si pactum contineat ipsa emphyteusis completa
sit domino succedat dictus emphyteuta, et uelit soluere canonem,
et recipere a domino rem predictam emphyteuticariam. Et si quis
contra predicta fecerit, tenuerit, possederit, laborauerit, uel
fecerit laborari, seu aliquod instrumentum receperit, uel quod de
ipsa re litem aliquam fecerit in L. lib. den. Coi Fulginie
condemnetur, et nihilominus auctoritate presentis capituli si quod ius in ipsa
re quesiuerit, cadat a iure suo, et eam, uel eas omnino perdat
et si quid in dicta re edificauerit, plantauerit, uel seminauerit
primo emphyteute applicetur, et si quis emit, uel emerit
ab aliquo, uel alio titulo habuerit, uel tenuerit aliquam rem
immobilem, et aliquis alius postea ipsam rem acceperit in
emphyteusim, uel ad scriptum, quam uel an dictum scriptum
uel emphyteusim tenebat uel possidebat in 25. lib. den. Coi
Fulginii condemnetur, et primus possessor, siue emphyteuta
possit ipsum expellere sine pena et banno, non obstante si
non acceperit possessionem rei predicte. Et istud solummodo
inter emphyteuticos, saluo quod ipse dictus possessor siue em-
phyteuta infra decem annos elapsos non possit, nec debeat
ipsum, uel ipsius heredes uel emphyteutam inquietare, uel molestare,
si non ipse dictus emphyteuta crediderit ante finitos X. annos

possit

possit in curia cois iusdem petere ab ipso possessore sibi adiudicari, et possit tunc in d. curia cois iustitie petere et agere via ordinaria.

X. rub. De nullus recipiat ad scriptum aliquod casalenum.

Item dicimus et ordinamus, quod si quis reciperet, vel recepisset in emphyteusim, vel ad scriptum a domino, vel quasi d.no aliquod casalenum, in quo haberet aliquod edificium in parte, vel toto, quod talis locatio non valeat, nec teneat in preiudicium illius, qui edificium habet in tali casaleno in parte vel in toto, et quod Potestas faciat decassari instrum. d. locationis ad petitionem illius, qui edificium haberet in tali casaleno in totum, vel in parte. Et si Potestas negligens fuerit in pred. perdat de suo salario centu lib. denar. Et hoc capitulum, et contenta in eo valeant, et vim habeant in pnti, preterito, et futuro, et ille, qui tale casalenum acceperit in centu lib. den. cois iusdem condemnetur. Et quilibet litteratus, vel quelibet alia persona, quae tali conductioni prestaret patrocinium in d. banno debeat condemnari. Talis retinens edificium in casaleno pred. in toto, vel in parte de tenuta ipsius casaleni non possit, nec debeat accusari, nec condemnari. Et Potestas pred.a omnia exequi facere teneatur ad petitionem cuiuscunque petentis, et si non fecerit in d. quantitate possit et debeat condemnari.

XI.a rub. De tutore, et curatore dando pupillis vel adultis.

Item dicimus, et ordinamus, quod pupilli vel adulti sive masculi, sive

siue foeminę non habentes tutorem, uel curatorem, si uocati fuerint ad iudicium[a], et non ueniant coram iudice, teneatur, et debeat Iudex congregare proximiores consanguineos ex parte patris et matris[b] ad tutelam, siue curam sufficien(tes), et ad ipsorum pupillorum et pupillarum, adultorum, et adultarum causas seu negotia, detur pupillo seu pupillis tutor, et adulto, seu adultis curator magis idoneus, uel illum, quem adultus petierit magis idoneum, et quod contra pupillos, uel minores non habentes tutorem, uel curatorem non procedatur, et si processum fuerit, processus ipse non ualeat ipso iure.

a. Litigaturi cum pupillis debent petere tutorem dari pupillis. Diuus § si quidem ff. qui pet. tut. et in l. quod diuus C. qui dar. tut. poss. et in omni datione tutorum semper mater excitanda, alias datio non ualet, uide omnino Bar. in l. tutor § pecit. de tutor. et cur. dat. ab his, ne erres, C. uers. l. illud ff. eo. et instit. de atil. tut. per tot. Sed numquid possit dari inuito, dic quod non, nisi ad lites instit. de curat. § adolescens, et not. in l. 1. § fin. ff. de minor. Quid autem in infante, an hoc statutum habeat locum in eo, uide Marant. de ord. iudic. in 4. par. pri. dist. 16. n.o 36. fol. 99. col. 4.

b. An mater quando uigore statuti excluditur a successione filij ab intestato, ut per statutum infra sub rub. de success. mulier. ab intest. priuetur etiam tutela, et uidetur quod sic per l. ij. ubi Bar. C. de leg. tut. et quod deferatur per ordinem successionis. Sed tamen e diuerso, quod si uoluisset tutrix sui filij admitteretur. Dec. cons. 16. lib. 1. et in c. ex parte ext. de appelat. et in l. foeminę col. 3. ff. de reg. iur. Corn. cons. 17. lib. 2. n.o 17. nam statutum disponens contra ius commune de successione non disponit de tutela Bal. cons. 116. lib. 4.

12.a rub. De Curatore dando illi, qui male facit facta sua.

Item statuimus et ordinamus, quod si quis male fecerit facta sua[a], et ipsius cognati, et agnati, uel maior pars ipsorum uenerit coram Potestate, Capitaneo, seu rectore uel eorum, aut alterius Iudice, qui sint numero tres proximiores consanguinei, uel affines ad minus ipsius talis male facientis facta sua, et petant de eorum concordia tali eorum consanguineo male facienti

a. male fecerit facta sua. Iste dicitur prodigus, qui de iure dicitur, qui non habet finem, nec modum, nec tempus expensarum, sed bona sua dilacerat, et dissipat, et profundit. l. 1. § 1. ff. de curat. furios. et qui expendit ultra substantiam suam citra necessitatem § cum nam ubi Ang. post glos. in auth. ut determin. sit num. cleric. Dec. cons. 274. col. 1.

facta

facta sua coram d. officialibus, uel alter eorum dari curatorem ad administrandum bona sua, eius pertractanda negocia, et cetera, et iuretur ad sancta Dei euangelia corporaliter tactis scripturis, praedicto animo calumniae non petere, sed bona fide, et sine fraude, quae petitio ista pro plena sufficienti, et legitima probatione habeatur, talem, de quo petitum fuerit modo praedicto prodigum esse, et malefacientem facta sua. Et quod Potestas, Capitaneus, siue rector, et eorum Iudices, et officiales, et eorum quilibet, coram quo petitum fuerit, teneantur et debeant uinculo iuramenti et sub poena 25. lib. den. pro quolibet de eorum salario conpellendi applicandi tali prodigo malefacienti facta sua administrationem bonorum suorum interdicere, et sibi curatorem dare infra tres dies postquam petitum fuerit ad omnia supradicta secundum petitionem duorum suorum consanguineorum, et infra dictum terminum preconizari facere per ciuitatem Fulginii in locis consuetis, quod nulla persona cum tali prodigo et malefaciente facta sua ulterius contrahat, et dictum bandimentum fieri debeat ea die, qua dicta petitio oblata fuerit, tunc facto iuramento praedicto per dictos consanguineos, et ex tunc a dicto bandimento facto in antea, nullus cum dicto prodigo, et malefaciente facta sua contrahat, nec dictus prodigus contrahere possit, nec ciuili iudicio interesse sine presentia dicti sui curatoris, et si aliquem contractum a dicto bandimento in antea cum aliquo fecerit, aut in iudicio steterit aliter quam modo praedicto non ualeat ipso iure, et si pacta guarentigiata essent apposita in ipso contractu. Et Potestas,

b. quae petitio probatur quis malefacere facta sua per uulgi opinionem l. ... in l. si quis a l. mand. et ibi Bal.
c. Pro plena, sufficienti, et legitima secundum de iure consanguineis est adhibenda fides, si dicant quem esse prodigum, et ex petitio est admittenda. Alex. cons. 54. ad quaestionem lib. 1. Dec. cons. 274. col. 2. in princ.

et Capitaneus, et quilibet eorum eum, uel eos, qui contrafecerint
in pred. in contrahendo cum tali prodigo post d. bandimentum
in unam tantam quantitatem, in quanta continet in contractu
facto d. cum ipso debeat condemnari, nisi praesentia, et
consensus d. sui interuenerit curatoris. Et nullus not.us
de ciuitate Fulgin. talem contractum facien. cum tali
prodigo sine praesentia sui curatoris scribere audeat
uel pregrossare ad penam sibi arbitrio Potis tollen.
Et quod d. Potas, Cap.us siue eorum Iudex teneatur facere
inquisitionem infra unum mensem à principio
eorum regiminis per ciuitatem Fulginie de huiusmodi
prodigis, et male facientibus facta sua, et de eis
facere unum inuentarium, et facere bandiri
publicè, ut nullus cum d. prodigis contrahat sine
licentia sui curatoris, ut homines sciant, et possint
à d. prodigis cauere, et cura facta tali prodigo, in
quod superius est expressum, et administratio facien.
per d. curatorem datum modo pred. dicto prodigo ualeat
et teneat, et non possit impediri, nec obstet si talis
curator de bonis prodigi inuentarium non fecerit, uel
fecit. Et si quis prodigus, uel male faciens facta sua
uendidit, donauit, uel aliquem contractum fecit, uel
fecerit in futurum de aliqua re mobili, uel immobili
postquam sibi datus fuerit curator, uel postquam sibi pro bandi=
mentum fuerit bonorum administratio interdicta
Potestas, Cap.us siue rector, uel Iudex ipsorum, uel alterius

ipsorum ad requisitionem curatoris ipsius prodigi, re=
cepta probatione, quę res pertineat, seu pertinuisset ad
ipsum prodigum, et malefacientem facta sua, quibus
ipsę officialium, coram quo petitum fuerit, faciat
rem per eum venditam, vel donatam, vel alio modo
alienatam sine presentia et consensu curatoris ipsi pro=
digo restitui à quocunque possessore, et contractum factum
per d.m prodigum sine presentia sui curatoris destrui fa=
ciat, et cancellari cum effectu absque libelli petitione,
et oblatione, et litis contestatione, et iur.o calumnię,
et omni iudiciario ordine pretermisso, visto tamen
publico bandimento facto quod nullus contrahat cum
d. prodigo, dummodo possessor habeat regressum contra
illum, qui dictam rem habuerit à d. prodigo et malefa=
ciente facta sua, cui possessori eodem modo subveniatur,
et quod in illo casu, etsi iur.tum intervenerit, nec prodigus,
nec eius bona in aliquo contractu vel promissione
sine presentia sui curatoris post factum d.m bandimentum
alicui aliqualiter obligetur. Et si aliquis voluerit ad
iudicium trahere aliquem ex pred.tis prodigis, quod debeat
facere citari curatorem, et ipsum convenire pro ipso
prodigo, et si aliter fieret citatio et processus non valeat
ipso iure, et quod factum fuerit debeat retractari nullo
facto dessituto, et si instrum. appareat esse factum post
traditionem factam, ut est superius declaratum, et si
in ipso precepto guarentigium contineatur, fide quod ipsum
si factum esset sine presentia curatoris, exeq.m mandare

non debeat, nec possit, immo teneatur et debeat cogere ipsum creditorem facere finem et quietationem ipsi prodigo, vel eius curatori. Et ad probandum prodigalitatem, quam quis probare vellet aliter quam per tres consanguineos in modum supra narratum, sufficiat probatio unius testis de veritate dicentis se vidisse, et duorum testium de publica fama. Et si testis diceret quod vidit talem prodigum ludere ad aleas, quod de pena ludi non possit procedi, nisi contestem haberet ad dictam confessionem, seu visum. Et super predictis omnibus Potestas, Capitaneus et eorum iudices, et quilibet eorum possit et debeat omnia que fore viderint, et expedierint facere ex eorum officio exercere.

13.a Rub. De conductoribus terrarum et vinearum.

Item dicimus et ordinamus, quod quicumque conduxerit, seu habuerit terram, vel vineam ad cottimum vel laboritium vel domum ad pensionem ab aliquo teneatur et debeat finito tempore locationis ipsam terram, vel aliam rem locatam domino, vel quasi domino rei relinquere vel etiam locatori ipsam rem locatam liberam et absolutam, et ab inde in antea ad ea redire non possit, nec in ea dominum molestare,[a] et si talis conductor eam non dimiserit et contrafecerit, et finito tempore locationis in ea molestaverit in centum solidos denariorum cortonensium condemnetur, et

Not. ad materiam istius statuti, quod invecta et illata sunt tacite obligata pro pensione l. certi C. locati. fallit si conductor dedit fideiussorem l. fin. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. Locator potest auferre rem locatam pro huiusmodi, ut per glos. in l. si unus § 2. ff. locati et l. 3. C. eo. et vide in c. 1. de arbi. per Spe. not. in c. propter de loc. et cond. Et an conductor possit prescribere contra locatorem dic quod non, etiam si per mille annos teneret l. naturaliter ff. de acquir. poss.

a. molestare &c. pro hoc concordat casus in l. si quis conductori C. locati. sed si evincitur res conducta, debet conductor agere ut locator condemnetur ad prestandum, quod liceat uti et frui l. si quis domum ff. loc. ubi Gual.

liceat domino, vel quasi, et etiam locatori sua auct(oritat)e reintrare
tenutam et possessionem d(ic)te rei locate sine pena et bando, et (?) ...
extrahere si con(ductores) essent in ea; et ipsi conductores teneantur,
et debeant[b] terras locatas, et per eos conductas, bene laborare
et colere toto tempore, quo ipsas tenuerint, quod si non fecerint,
vel fieri fecerint liceat domino, vel quasi domino, seu ius
habenti reintrare tenutam et possessionem d(ic)te rei locate sine
pena et bando, dummodo ante(quam) conductor discedat de possessione
vel quod eam relaxet rei conducte, debeant eligi duo homi=
nes amici coes, qui debeant cognoscere de iuribus conductoris,
et diffinire, et donec d(ic)to conductori de interesse suo[c] fuerit
satisfactum, prout ipsi arbitri diffinierint, conductor ad
relaxandum eam nihil(ominu)s teneatur. Et idem dicimus de his,
qui conduxerint terras ad pastinandum, ut teneantur ipsi
conductores illis, a quibus receperint terras vel vineas
dare idoneam cautionem ad petitionem ipsorum de non remo=
vendo fructus, vel terasgroti(?), que, vel qui essent in d(ict)a re
locata, nisi p(rim)o locatori satisfecerit de afficitu. Et si quis
contra pred(ict)a fecerit in centum solidos den(ariorum) cortonen(sium) con=
demnetur. Et si quis constituerit se res aliquas nomine
alterius tenere et possidere, et possess(ionem) seu fructus ipsius
rei liceat illis, quorum nomine constituit se possidere, vel
suis aut ipsorum heredibus post completum terminum seu tempus
reintrare tenutam et possessionem ipsius rei, et ipsa uti sine
pena legis et bandi. Et potestas ad petitionem locatoris, vel

conductoris si fuerit deceptus ultra dimidiam iusti pretii poterit remedio l. 2. C. de rescin. vend.
per tex. in l. item si pretio § quemadmodum ff. locat. et l. 2. eo. tit.
b. concordat l. item si fundi ff. de usufruct. cum sim(ilibus).
c. de interesse suo s(cilicet) videlicet circa id quod not. in l. si uno § cum quidam ff. locati, et in l. divortio ff.
sol. matrim. et in l. 3. C. locat.

heredum ipsius, faciat ipsum locatorem vel eius heredes in
possessionem ipsarum rerum induci sine aliquo salario, exceptione
aliqua non obstante, sed solummodo ostenso instro precarij,
sive ille, qui constituit se pro aliquo possidere possideat,
sive non. Et pred.a vendicent sibi locum in cottimis terras
et vineas, et in rebus datis ad pensionem, de quorum fru=
ctibus venditio facta esset in fraudem conductoris, aliqua
lege et capitulo non obstante. Et pred. domini proprietatis
vel quasi dedit, concessit, vel locavit aliquam rem ex
d. rebus ad certum tempus nullo modo talis conductor
sine voluntate locatoris ius suum alicui concedere
possit. Et si quis contra fecerit in centum libris cor. Brigen
condemnetur, et locatio per conductorem facta sine
voluntate locatoris non valeat nec teneat. Et hoc
locum habeat in pnti, preterito, et futuro. Et si quis
locaverit, vel locavit aliquam domum pro tribus
annis, vel maioris spatij temporis, et talis locator
vendere[d] voluerit ipsam domum, quod possit eam
libere absque aliquo conductoris iure, vel cond.i dicta
vendere sine pena et banno, dummodo tn malitiose
non vendat, et quod ius[e] conductoris semper maneat
salvum, adeo quod, si per conductorem vel alium pro eo
esset locatori aliquid pro pensione solutum ultraque
debuerat, quod talis locator eidem conductori ultra id quod

d. Vendere dicta posset dare in dotem, vel permutare vel alio modo alienare, credo quod sic, quia appellatione venditionis omnis contractus continetur, ut dicit Bal. in l. 2. C. de rescin. vendit.
e. Et quod ius vide Alex. in l. si filius §. si cui in quinquennium col. 2. n. 3. ff. sol. matrim. qui aliqua dicit ad hanc materiam valentem conferentia.

quod deberetur, semper in omnibus ad restitutionem ipsius et ipsi conductori compellatur de facto.[f] Si vero talis locator domum locatam venderet malitiose, et in fraudem conductoris, ordinamus, et dicimus quod venditione tali non obstante ipse conductor istam domum usque ad complementum locationis sine poena et bando possit, et liceat retinere,[g] et nihilominus talis locator istam domum in fraudem vendens in centum solidis coi (?) puniendus condemnetur, et liceat domino, vel quasi rei locatae ipsam rem pro suo melioramento vendere, vel pro sua necessitate, dummodo satisfaciat conductori de iure suo, et melioratione quam fecisset in re praedicta conducta ad laborandum ad voluntatem duorum amicorum vel consanguineorum, qui communiter a dictis partibus eligantur. Et quod emptor cuiuscumque rei locatae alteri non possit intrare ipsius rei per eum emptae tenutam, nec eam possidere, si tempore emptionis res ista teneretur per aliquem conductorem, nisi prius ipsi conductori sit satisfactum de iure suo secundum declarationem faciendam per duos consanguineos vel amicos communes, et quod ad petitionem conductoris teneatur tam emptor, quam venditor iurare ipsam venditionem non esse calumniosam, nec in praeiudicium ipsius conductoris factam.

f. De facto) Verbum hoc in statuto positum quid significet vide per Bar. in extravagan. ad reprimendum in ver. videatur in fi. et in cons. 82 per Marc. ant. Bada. in tract. de compromiss. facien. q. 1. in ver. de facto n.° 24. | 4.a rub.

g. Et liceat) Vide circa hoc not. in l. si unus. cum quidam ff. locat. et per Bar. in l. divortio ff. sol. matrim. et in l. 3. C. locat.

14.a rub. De laboratoribus terrarum et vinearum.

Item dicimus et ordinamus, quod laboratores terrarum et vinearum teneantur, et debeant locatores, si vixerint, sin autem heredes ipsorum requirere quando fructus rei locatae ab ea voluerint removere tempore congruo recolligendorum fructuum, et reddere locatori, vel eius heredibus partem contingentem de blado, canepa, et lino, et aliis fructibus, si dominus rei locatae voluerit ipsam partem in campo[a] recipere, et solummodo in area, vel saltem in alio loco, in quo aliter extitit ex pacto inter eos contracto, semper requisitione premissa. Et quod blado, canepa, lino, vino, et uvis non possint dare messoribus canepatoribus, vel vindemiatoribus, nec aliis quibuscumque personis de illis portionibus que spectarent ad laboratium sine voluntate locatoris, vel heredum eius. Et si quis contrafecerit in tribus libris den. vice qualibet cui fuligonie condemnetur, salvis pactis factis inter contrahentes. Et si aliquis conductor alicuius rei negaverit domino proprietatem rei sic locatae, ad pensionem, cottimum, vel affictum, ipsi domino, seu locatori reintrare liceat propria auctoritate tenutam et possessionem ipsius rei. Et ipsi conductores teneantur et debeant battere bladum, infiliare canepam et linum, et vindemiare uvas, et alios fructus ~~asp~~ [illegible]tare rerum et possessionum conductarum per eos, quantum rerum et possessionum propriarum ipsorum conductorum,

a. Partem in campo. Nota quod non dicit quartum, sic quod intelligitur de medietate l. nomen filiae ff. de verb. signif. Sed an conductor debeat extrahere partem domini ex campo, dic quod non c. cum nobis de decim. secundum Jason. et Jacob. de Arret. in l. fructus ff. sol. matr. et nota quod fundus praesumitur fructare non solito l. si fundus ff. de legat. 1. et ibi per Jac. de Arret. —

Et qui contra fecerit soluat bandum 40 solid. den. pro qualibet vice, et debeant ipsas terras, vineas, et possessiones colere in pacta habita inter conductorem et locatorem.

R. 24. De edificijs pendentibus super domos et edificia aliena.

Item dicimus, et ordinamus quod si murus domus, vel aliqua alia res alicuius steterit, seu penderit super domum, casalenum, seu edificium alicuius seu aliquorum vicinorum ipsa super appensio, seu appodiatio in nullo preiudicet alicui, de cuius casaleno, domo, vel edificio appensum fuerit. Maxime, quia appodiatio facta aliqua prescriptio temporis etiam 30. annorum illi de cuius domo, casaleno, vel edificio appensum fuerit, vel appodiatum non preiudicet, et Potestas, Capitaneus, vel eorum Iudices, et officiales teneantur, possint, et debeant, et eorum quilibet de talibus questionibus cognoscere, et ipsas diffinire summarie sine libello, et in continenti facere, relevare, et removere a terra usque ad coelum, et si quid fuerit super appensum vel appodiatum supra domum, casalenum, sive edificium alicuius, et si in semita, vel manuali, sive strata publica aliquid fuerit appodiatum, seu columna de ligno, seu fixa fuerit, que impedimentum prestaret in continenti faciat elevare et removere, ita quod convicini nec aliquis alius in eundo vel redeundo aliquod impedimentum non habeant inde, et Potestas, Capitaneus sive rector, vel eorum Iudices, et quilibet eorum infra octo dies

post quam querelam habuerint teneantur facere, levare, et removere sine libelli petitione et oblatione, et iur. calumniæ. Et quicunque tenet muros com. Fulgin., et tenuerit aliquandem com. per aliquod tempus ipsa tenuta et possessio non alicuius prescriptionis temporis com. Fulgin. in aliquo non preiudicet. Et predicta valeant, et teneant, et locum habeant in presenti, preterito, et futuro.

16.a rub. De renunciatione novi operis.

Item dicimus et ordinamus, quod si aliquis ædificaverit in aliquo loco, vel ædificium fecerit, et aliquis denuntiaverit novum opus per iactum lapilli, vel alio modo legitimo, Capitaneus vel Iudex cau. civilium com. Fulgin. teneatur mittere pro tali denunciatore ad petitionem construentis novum opus et ipsum cogere ad recipiendum fideiussorem ab ipso construente de removendo ædificato expensis ipsius ædificantis, si denunciator probaverit infra unum mensem computandum a die receptionis ipsius fideiussoris, seu satisdationis ædificatoris, iniuste ædificasse, talis denunciatio sit cassa, et vana, et pro nulla habeatur, et propter talem denunciationem illud quod ædificatum est non debeat mutari, nec possit, et si talis denunciator recusaverit, vel contempserit dictos fideiussores recipere, quod dicti officiales, et quilibet eorum, coram quo ista questio verteretur, teneantur, et debeant, et possint ipsos fideiussores recipere nomine

ipsius

ipsius denunciantis ab ipso ędificante, et talis re=
ceptio valeat, et teneat ac si facta esset per ipsum de=
nunciantem, et extunc possit ędificare non obstante
denunciatione predicta. Item quod nullus possit nec
debeat appendere de strata, burgo, vel via ędifi=
cando de novo in veteri, vel reparando, vel de novo
ędificando ultra id quod de iure debet habere ad
pęnam 25. lib. den. Coi Bon. applicand., et Potestas
teneatur facere destrui sic appensum ad peti=
tionem cuiuscumque petentis infra octo dies postquam fue=
rit sibi denunciatum. Et si aliquis extruxerit, seu
devastaverit aliquam suam domum, parietem muri,
et ipsam ędificare inceperit aut voluerit, et in ipsa
ędificatione apprehenderit de via vel strata Cois
Bonon. amplius non possit quam in devastatione et de=
structione d. muri seu parietis reapprehendere ad
pęnam predictam. Et burgus strictus, qui esset inter domum
suam, et vicinorum suorum per aliquem restringi, nec ędi=
ficari in eo, aut appendi possit, aut impediri.
Et Potestas, Capitaneus, rector, et eorum Iudices, et quilibet
eorum coram quo petitum fuerit infra octo dies postquam
querelam habuerint totum illud quod ędificatum,
aut appensum invenerit facere relaxari, et
burgum reduci amplum in pristinum statum ad peti=
tionem cuiuscumque petentis. Et teneantur etiam d.

officiales, et eorum quilibet ad petitionem cuiuscunq.
petentis ille, coram quo petereretur personaliter accedere
ad ipsum locum, et videre ipsa strata, via, seu burgum,
et visis ipsis appertis semel, et pluries, et quoties opus
fuerit, et faciat devastari quicquid sic appertum
fuerit, et ipsam viam, et burgum ad statum pristinum
reduci faciat cum effectu. Et si Potest., Capit.s vel
eorum Iudex in predictis fuerint negligentes, quilibet
ipsorum perdat de suo salario xx. lib. den., in quibus
quilibet ipsorum contrafaciens condemnetur. Et si
aliquis denunciaverit alicui opus novum per iactum
lapillorum, ipsam denunciationem teneatur, et debeat
coram constructoribus novi operis, vel alterius, seu
alicuius de familia construentis, vel coram illis, qui
laborant in ipso opere facere, et si aliter fieret
ipsa denunciatio non valeat, imo sit cassa, et vana,
et pro nulla habeatur. Item quod si quis denunciaverit
alicui novum opus iniuste, et de suo iure, seu preiu-
dicio non probaverit infra mensem, quod edificans
etiam si iniuste edificaret, edificet, et edificare
possit, et talis denunciator in centum solid. den. com.
fulginii condemnetur. Et hoc capitulum, et in eo con-
tenta valeant, et teneant, et locum habeant in
presenti, preterito, et futuro.

17.o rub. De emancipatione facienda, et modo in ea
servando.

Item

Item dicimus et ordinamus, quod si aliquis voluerit eman=
cipare filium suum, vel alium quemcunque habeat
in potestate sua, primum debeat illum emancipare,
et facere scribi in libris comunis Fulginii, et pater teneatur
dare filio partem de omnibus bonis ad ipsum contingentem,
si domus commode dividi possit, et si aliter dicta emanci=
patio fieret non valeat in preiudicium comunis Fulginii,
nisi fieret in dicto consilio, et hoc valeat in presenti, prete=
rito, et futuro. et nullus presumat dicere in consilio
talis emancipatio velle fieri, nec nominare istam
emancipationem, nisi primo talis emancipatus
reperiatur scriptus in libro comunis Fulginii. et qui con=
trafecerit in 40. solidis comuni Fulginii condemnetur, et
quilibet possit contrafacientem accusare; et si
filius familias male gesserit facta sua pater, vel
mater possit venire coram Potestate vel Iudice maleficiorum
comunis Fulginii, et talis filius male gerens negotia sua
constringatur per potestatem vel Iudicem maleficiorum
ad recipiendam emancipationem ad petitionem
patris sui, et si male gesserit facta sua et filiorum,
quod filii, vel filius possit coram dicto Iudice et Potestate
petere quod pater ipsos filios, vel filium debeat ema=
cipare, et dare sibi vel eis partem contingentem
de bonis suis, et Potestas, et Iudex maleficiorum civitatis
Fulginii possint et debeant talem patrem malegerentem

facta sua et filiorum constringere ad petitionem filij vel
filiorum ad eos, vel eum emancipandum, et ad dandum ei,
vel eis partem contingentem de omnibus bonis suis.
Et si d. Potestas et Iudex maleficiorum in predictis fuerint
negligentes, eorum quilibet in 50. lib. den. cõ. bulgin.
debeat condemnari. Et si aliqua emancipatio facta
fuerit violenter, et involuntarie, servata d.a forma
in presenti statuto contenta valeat, et teneat, et plenam
habeat roboris firmitatem, ac si voluntarie, et iuri=
dice facta esset, et cum voluntate utriusque, scilicet eman=
cipati, et emancipantis, etiam si emancipatus in
etate legitima non fuisset, capitulo statutorum, vel lege aliqua
in contrarium non obstante. Pars autem dan., et ema=
cipato traden. intelligatur hoc modo, Ita quod sm
formam statutorum loquentium quod pater teneatur
pro filio in maleficijs, et in omnibus, liceat emanci=
pare filium malefacientem facta sua, et dare sibi
partem de bonis, quam pater dare voluerit tali
filio malefacienti facta sua, et aliam partem
habere non possit, nec plus de bonis patris petere,
nisi illam partem, quam pater suus dare voluerit
sibi, et sic dari et recipi volumus istam partem, ut
dictum est. Et si filij, vel filie alicuius malefacientis
facta sua sint ita parvi, quod nesciant emancipari, et
petere, de eis fieri, quod Potestas, vel eius Iudex, coram quo

petitio

petitum fuerit, tales minores emancipari facere ad petitionem consanguinei, proximioris petentis, et talis emancipatio facta ad petitionem consanguineorum valeat, esto quod fuerit servata forma predicta et quod pro male=ficio patris tales minores emancipati non possint in=quietari, nec constringi, et si aliquis filium, vel filias emancipaverit, quod de tali emancipatione camer. Communis teneatur facere scribi copia in libro communis fulgini, qui liber in ipsa Camera stat, et in ipso libro scribantur omnes emancipationes, que fierent, et nomina emancipatorum.

10a rub. De delictis, et ultimis voluntatibus satisfaciendis, et de male ablatis

Item dicimus et ordinamus, quod si aliquis in suo ult.o testam. et ultima voluntate mandaverit vel disposuerit quod sui legatarij, vel fideicommissarij reficiant usuras, vel male ablata restituere teneantur secundum voluntatem, et dispositionem illius testatoris, et si ipsa restitutione facere omiserint, vel recusaverint in 25. lib. den. communi fulgin. condemnetur, et talis confessio facta in testamento vel codicillis non possit modo aliquo re=vocari: imo ipsa confessio executioni mandetur per Potestatem et eius officiales ac si in iudicio facta esset legitime, et quod notarius, qui scripserit testamentum seu codicillum, in quo predicta confessio facta esset, istam

confessionem dare teneatur cuilibet petenti ad penam
25. lib. den. in quibus si contrafecerit penitus debeat
condemnari, et Potestas, et Capitaneus et eorum iudices, et officiales,
et quilibet eorum teneatur, et debeat heredes, legata=
rios, et fideicommissarios ipsius testatoris cogere ad
adimplendum, et satisfaciendum voluntati testatoris
in omnibus, et per omnia. Et notarius, qui tales scri=
pturas habuerit cogatur à Potestate et eius officialibus
ad dandum ipsas scripturas cuilibet petenti habito
pagamento suo, ita quod voluntas testatoris adimpleatur
aliqua prescriptione temporis non obstante. Et nullus
possit publice, vel occulte in predictis heredibus, fideicommissarijs,
executoribus, vel legatarijs aliquod impedimentum dare
ad penam 10. lib. den. Et si aliquis abstulerit, vel fura=
tus fuerit, vel occupauerit de bonis et rebus alicuius
testatoris, Potestas, Capitaneus, et eorum officiales teneantur et
debeant tales occupantes, fures, vel inuasores constrin=
gere ad restituendum occupata vel apprehensa, et ad
ponendum in locum suum, seu in statum, in quo erat ante
apprehensionem, seu inuasionem predictam. Ita quod nullus
notarius debeat monere aliquem volentem facere
testamentum, et in eo volenti facere ponere vel relin=
quere usuras, vel male ablata, ut predicta non relinquat
aut ponat in dicto testamento. Et si quis contrafecerit pu=
niatur et condemnetur vice qualibet in 20 lib. den.

coi

com. Fulgin. applicandor. Et hoc locum habeat in qualibet parte sui, et in quolibet momento pntis capli, et in pnti, preterito, et futuro, nullo alio caplo obstante.

Item quod in testamento condendo in comitatu Fulginie sufficiant quinque testes.[a]

a. Quinque testes Vide de ista materia per l. fin. C. de testam. ubi Bar. et Doct. per Bar. et alios in l. cunctos populos C. de summ. trin. et fid. cat.

19.a rub. Quod nulla persona cogatur ad testandum.

Item quia nihil est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supreme voluntatis sit liber et licitum, postea quam non redit arbitrium: in psalmo enim dr. Homo vadens et non rediens, et ideo eius suprema voluntas debet esse libera, et pro lege servari. Statuimus igitur, quod nulla persona audeat vel presumat aliquam personam cogere ad testandum, vel testatione suprema voluntatem contra voluntatem testatoris facere cogi, vel fieri, nec debere aliqua psona aliquod impedimentum alicui volenti testari, seu quamcumque ultimam voluntatem condere. Et si aliqua persona contrafecerit privetur omni commodo quod posset consequi, et consequi deberet ex qualibet successione, quam faceret, seu facere posset dictus volens testari, seu contra voluntatem testatoris, ex coactione, quam aliquis faceret, et nihil. puniatur et condemnetur in centum solidis den. com. Fulgin. applicandorum

XX.a rub. De ratione reddenda per tutores pupillorum pupillis.

Item quia pupillis, et adultis debemus esse in iustitia fautores, et providere pro posse, cum ipsi sibi providere non possint, ne istorum facultas et bona per ipsorum tutores et curatores dissipentur, statuimus, quod quilibet tutor, vel curator teneatur omnino reddere rationem tutelæ et curæ, quam administravit et gessit, et si in reddenda ratione inventus fuerit curam vel tutelam male administrasse, amoveatur a tutela vel cura, quam gessit, et alius loco ipsius substituatur idoneus, et adultum, vel pupillum male administrans conservet indemnem, et suo curatori, vel tutori substituendo reliqua restituat, et nihilominus condemnetur pro fraude, seu mala gestione in 25. lib. den. et rationem ut reddere debeat in supradicto modo coram quatuor consanguineos propinquiores dicti adulti vel pupilli ex parte patris, vel matris, qui iurare cogantur dicta rationem per iudicem maleficiorum audire et facere bona fide pro adulto vel pupillo, et referre in scriptis dicto iudici id quod invenerit infra unum mensem a die præstiti iuramenti ad pœnam 25. lib. den. pro quolibet ipsorum, quorum relationi in scriptis late stetur, et habeatur pro legitima probatione, qua recepta iudex teneatur ad omnia supradicta et etiam procedere sine aliqua probatione, aliqua accusatione, denunciatione seu processu. Et ipsa sententia valeat

ac si esset omnis iuris et iudicij ordo servatus, plene
a d.ª sententia nulli liceat appellare, nec de nulli=
tate opponere, nec quomodolibet retractare, sed
infra decem dies executioni mandare, exceptione,
seu petitione aliqua non obstante.

a. Sum quia d. tamen non ita verum est, ut alijs fiat iniustitia c. ex tenore ex. de for. compet.
b. Habeatur pro lectura §. Hoc statutum circa hoc concordat cum iure co. Bar. in l. 2. C. de iur. fisc.
lib. x. app. l. 2. C. de usu. et fru. leg. et in isto casu isti venditores debent reddere ca. fisc. etiam
non interrogati: nam etiam [illegible] debent deponere [illegible] esse, et si administrasse quod lex in corporis
percipi potest. et nunquid talis administratio esset bona vel mala, et hoc non percipitur nisi iudicio
intellectus [illegible] ubi testis deponit de his, que iudicio intellectus percipiuntur non probat nisi rationem
reddat plenum corporeum etiam si de eo non sit interrogatus Innoc. in c. cum causam ex. de testib.
Bar. in l. solar. C. eo.

Ij. rub. De Potestate, Capitaneo, Prioribus, et alijs, qui
iura reddere tenentur, et eorum officio.

Item dicimus et ordinamus, quod Potestas, et Capitaneus, et Priores
Populi civitatis Fulginie, et eorum officiales, et Cammorlengatus,
notarij, et alij singuli civitatis pred. qui iurisdictionem
et cognitionem habent congruis horis sui copiam faciant
ad iura reddenda ad bancum iuris, prout quod sunt deputati
convenienti tempore, et veniant, sedeant, tractent,
et querelantibus iustitiam reddant hac lege perpetuo
valitura sancimus. Et quod Campanarius civitatis
Fulginie, qui pro tempore fuerit, teneatur et debeat
de mane ante mediam tertiam pulsare campanam, que pul=
satur pro custodia civitatis, et post nonas ante vesperas
hora debita prout quod sibi videbitur simili modo dictam
campanam pulsare, et tenere pulsationem et sonum
per magnam horam, et diebus festivis, et dominicis; et

pred.a omnia bene et legalit., et sollicite faciat, et ea
adimplere teneatur vinculo iur. recipien. ab eo pred.nos
Priores pred.ti qui potestas, Cap.s eorumq. Iudices et offles
et Priores populi, et notarij dannorum datorum, et omnes
alij officiales, qui cognitionem habent ad bancas eorum,
ad quas essent deputati venire, et stare teneantur, et
debeant vinculo iur. à tempore d. pulsationis d.e campane,
et sedere, et audire astantes coram eis vel altero eorum
usq. ad terciam de mane, et de sero usq. ad vesperas diebus
non feriatis, diebus vero feriatis, et maxime in die veneris,
que dies veneris maxime sit feriata, potestas Capit. et Iudices
teneantur, et debeant in pulsatione d.e campane venire
Vlt. Potestas ad bancum maleficiorum, Cap.s in loco consueto, et
audire omnes aliquid coram eis proponere volentes, et
de suis officialibus querelantes ad penam x. lib. den.
pro quolibet ipsorum Potis, et Capitanei, in quibus fuerint
negligentes in non veniendo ad d.as bancas d.is horis, et tempo=
ribus, quilibet ipsorum Potis et Cap.o et qui etiam discederet,
seu delinqueret in pred.is in quinq. lib. den. per Sindicum
d. com. tempore sindicatus ipsorum debeat condemnari. Et
ordinamus, et volumus, quod in pulsatione d.e campane,
ostia, sive portes palaciorum dictorum officialium sint clause,
et ante d.tam pulsationem debeant aperiri per d. officiales
sub pena sacram.ti et v. lib. den. de salario ipsorum officialium
auferendorum. Et nullus de civitate vel districtu Perusij

ante

ante dictam pulsationem, et postea quod officiales se levaverint à banchis se intrare valeat et audeat ipsa palatia, nec ad d.os officiales accedere sub pena 50. lib. den. et ostium scalarum palatij Potestatis, quod ascendit in salam superiorem et ostium palatij Capitanei, et eorum officiales teneantur et debeant sub pena predicta iuramenti inviolabiliter observare.

Rubrica 22. De his, qui dubitaverint, ne aliquis habeat aliqua iura in aliqua possessione, que forma servetur.

Item dicimus, et ordinamus, ut malitijs hominum prout est possibile obvietur, quod si aliquis, vel aliqua dubitaverit de aliquo, vel de aliquibus, ne in posterum de aliqua, seu de aliquibus rebus sibi lis, seu questio aliqua moveretur per aliquem seu aliquam, de qua, seu de quo dubitaret Potestas, et eius Iudex teneantur, et debeant ad petitionem cuiuscunque petentis statuere terminum certum tali, seu talibus, de quo dubium haberetur, ad agendum et petendum quidquid vellet, seu vellent de bonis, et possessionibus talis illius, seu illorum et illarum, qui, seu que dubitarint ad producendum omnia sua iura et instrumenta quecunque. Et si non fecerit, seu non fecerint, et ipsorum instrumenta, et iura non produxerint, vel introduxerint in ipsum terminum ei, vel eis statutum, et statuendum, seu assignandum Potestas seu eius Iudex, coram quo fuerit postulatum teneatur et debeant vinculo iuramenti et eo ipso sine auctoritate predictis cogi tali, seu talibus de quo, seu de quibus dubitaretur silentium perpetuum imponere de bonis seu in

bonis pred.i, et si postea aliquod instrum. producere vellet,
seu vellent, vel aliquid de suo iure proponere, minime
audiatur, vel intelligatur, sed ipsa instra, iura, et pro:
inutilia habeantur, et sine auctte pntis capli, itaque
ex eis ulterius agi non possit. Item quod ad petitionem
emptoris alicuius rei Potas, et sui officiales possint
et debeant facere preconizari per banditores com-
munis per loca publica et consueta d.e civitatis,
quod si aliquis vellet petere, vel aliquod ius haberet
in d.a re, seu rebus sic emptis, quod debeat comparere
coram d. Pote, seu Iudice ad dicendum et opponendum,
et monstrandum quicquid vult infra quintam diem, et
tribus bandimentis sic factis cum termino quinque dier.
pro quolibet bandimento, de cetero non audiatur,
nec possit emptor in aliquo molestari, salvo quod si
veniens postea probare potuerit bandimenta pred.a
legitime ignorasse, quod audiatur in proprietate d. rei
empte, obtento de legitima ignorantia, et d.a bandimenta
sibi in aliquo preiudicare non possint, et pns caplum
sit precisum, et non truncum in aliqua parte sui, cui
nullum aliud caplum ante vel retro positum contradicat,
nec possit ei in aliquo derogare, dummodo qui talis,
seu tales, de quo, vel quibus dubitaretur fuerit, sive fue-
rint pntes, detur termi. p eundem Potem seu eius Iudice

Ad hoc Statm videndus est Becc. cons. 12. ferè per tot. ubi bene pro materia

decem

decem dierum. Si vero fuerit absens detur terminus tali absenti unius mensis. Si autem fuerit exbanditus, seu exbanditi fuerint, seu possint per fortem legitime respondere, salvo quod si ille, vel illi, de quo, seu de quibus suspicaretur seu dubitaretur dicerent illud talem, ad cuius petitionem citatus esset, non habere ius in ea, quod tunc Judex, coram quo predicta peterentur, dare debeat dilationem utrique parti ad probandum de iure suo, et qui melius probaverit de iure suo, illi per ipsum iudicem adiudicetur. +

+ Hoc statutum est conforme iuri communi ... in l. si eo tempore ubi Bald. et Salicet. C. de remiss. pign. et post alios, quos cumulat, Negus. de pign. et hypoth. membr. 3. ... principis n.o 25.

23.a rub. Ut nulla statuta, seu ordinamenta fiant contra libertatem ecclesiasticam.[a]

Item dicimus et ordinamus, quod si aliqua statuta tam populi quam communis Fulginie, vel aliquod capitulum ipsorum statutorum, et ordinamentorum civitatis Fulginie esset, vel esse indicaretur contra libertatem ecclesie Romane, ex nunc denuntiamus ipsa talia statuta, et ordinamenta facta in quocunque volumine statutorum tam populi quam communis Fulginie reperta contra libertatem ecclesie, cassa, irrita, et nullius valoris esse, et ex nunc pro cassis, irritis, et nullius valoris penitus habeantur.

a. Istud statutum concordat cum dispositione iurisconsulti c. noverit, etc. ... de sent. excomm. ... cassa C. de sacros. eccles. Franc. Mar. in decis. 967. par. 2.

24.a rub. Quod nulla statuta, ordinamenta, seu capitula fiant, seu fieri possint contra statuta, provisiones, seu ordinamenta communis et populi civitatis Fulginie.

Item dicimus et ordinamus ad manutenendum et conservandum libertatem, et iurisdictionem communis et populi civitatis Fulginie

statuimus et ordinamus, et presente edicto firmamus quod
contra statuta, ordinamenta, provisiones, et reforma=
tiones communis et populi civitatis predicte non possint fieri
nec modo aliquo celebrari aliqua ordinamenta,
capitula, seu pacta, per homines alicuius artis, matri=
cule, seu societatis civitatis Fulginie, et eius districtus,
et facientes contra condemnentur per Potestatem et Capitaneum
Fulgini communis Fulginie vice qualibet in centum lib. den.
perusinorum, et pacta et ordinamenta predicta non valeant
ipso iure, etsi extiterint aliquatenus approbata.

25. Rub. De in ius vocando, et qualiter debeant
fieri citationes.

Item ut malitiis et fraudibus occurratur, quas circa citationes
reperimus hactenus esse commissas, unde aliqui absque culpa
damna gravia incurrunt, ne in posterum similia
perpetrentur presenti lege firmamus, quod omnes et singule
citationes in posterum fiant modo et forma predicta.
Ita quod in causis civilibus in quolibet actu sufficiat
unica citatio personalis facta de citato, dummodo
de citatione, de nomine, pronomine citati, et de actu
ad quem sit citatus, et ad quod banno, et de loco in quo
stabat citatus tempore citationis, et ad cuius petitionem,
et de tempore, in quo debebat comparere, in quo termino
si citatus non comparuerit, ex tunc iudex, coram quo
citatio facta fuerit exigat, et requirat in formam

civit.

civitatis fulginie, ad quemlibet actum, ad quem fuerit
citatus, eius contumacia non obstante procedi possit. Si
vero citandus personaliter inventus non fuerit non possit
per unicam citationem procedi, aliquem officialem civi-
tatis fulginie ad bannum, vel ad tenutam danda, nisi
reus fuerit diversis citationibus una et 2a citatione
peremptorie citatus ad domum, in qua habitaret tempore
citationis predicte. In singulis autem actibus aliis qui occurrerint
in causis sufficiat unica citatio facta ad domum proprie
habitationis, ita quod citatio ad sententiam audiendam fiat
cum commissione, et comminatione peremptorie, salvo quod
antequam Judex pronunciet in bonis alicuius ad tenutam
dandam, vel ad bannum, seu reum capiendum, qui reus
diversis diebus debeat bis citari domi, vel semel per-
sonaliter, et locum non habeat in istis quarantigiam
continentibus, sed sufficiat quod ad opponendum contra instrumentum
quarantigiatum unica citatio fiat. Teneantur autem,
et debeant apparitores, seu baiuli in singulis citatio-
nibus faciendis ad domum habitationis citare alta voce
in presentia vicinorum clamare et nominare quem citat,
ad cuius petitionem, ad quem actum, coram quo Judice,
et tempus, in quo comparere debeat citatus seu citandus
per eum, et sic referre, et in qua contrata posita est domus
ad quam citavit ipsum citatum, et eius relationi stetur.
Et citatio aliter facta quam dicto modo non valeat nec teneat.

Ubi autem heres rei esset incertus et citaretur, vel quod expediret citari heredes, ipsa citatio hoc modo fiat, videlicet citatio ad domum, in qua defunctus decessit, si in civitate, vel in comitatu fulginiae decessit, si vero extra civitatem vel comitatum fulginii decesserit, vel quod non decessit in domo, fiat ipsa citatio ipsorum heredum ad domum solitae habitationis illius, qui decessit, si vero dictus decedens, cuius heredes quis vocare facere voluerit non habitasset, seu habitaverit in civitate seu comitatu fulginiae citetur et citatio ipsa fiat secundum statutum quod loquitur de forensibus, et quod baiulus qui tales heredes citaret, seu citaverit teneatur rescribere cedulam, in qua continetur ad cuius petitionem fit ipsa citatio, coram quo iudice, et ad quod citetur, et ipsam cedulam seu scriptam portet, et postea ipso instanti ipsa citatione facta teneatur et debeat ipse baiulus affixa dimittere ostio dictae domus defuncti, et debeat ipsa citatio sic bis fieri cum intervallo duorum dierum ad minus inter unam et aliam ipsarum citationum, cum commissione, et comminatione perentoria, et citatio in dicto casu aliter facta quam modo praedicto non valeat ipso iure, et si quis processus factus fuerit vigore dictae citationis aliter factae quam modo praedicto non valeat ipso iure. Et si aliquis apparitorum, seu baiulorum fallaret aut quod citaverit deliquerit in praedictis vel in aliquo praedictorum

quod de facto debeant ei auferri 25. lib. den. pro iudice vel officialium, coram quo talis relatio facta fuerit, cam. com. Fulgin. applican. quas si non potuerit soluere, fustigetur per civitatem Fulgin. et toto tempore vitae sit infamis, et processus factus vigore d. falsae citationis non valeat ipso iure, et fieri faciens in amissione causae puniatur, et a iure quod habebat cadat ipso iure. Quae omnia supradicta in quolibet casu praedictorum intelligatur tantum de citationibus faciendis de actore et reo, et quando ex ipsa citatione posset contumaciter procedi contra aliquem. Item quod notarij Dni. Potestatis, et Capitanei debeant scribere omnes commissiones, quae fierent eis pro iudice et relationes, quae per baiulum fiunt, et ipsas scriptas ponere in actis sub poena praestiti iur. et poena x. lib. den. pro quolibet. Prohibemus [a] in lege praesenti quod nullus possit aliquem coram diversis iudicibus pro uno et eodem debito, seu delicto, facere citari facere, nec et convenire durante instantia primae litis, nec pro diversis siue debitis durante instantia supradicta nisi coram uno iudice tantum. Et si quis contra facere praesumpserit processus non valeat ipso iure, et pro fraude commissa in 25. libr. den. com. Fulgin. applican. puniatur, et expensas parti reficere teneatur.

---

a. Prohibemus. vide de materia ista in l. nemo C. de iurisd. omn. iud. Item nota quod non potest quis coram diversis iudicibus pro eodem citari l. ubi coeptum ff. de iudic. et Bart. dicit quod citatus coram uno iudice, si compareat, non potest citari coram alio, alias sic, quod est nota ad limitat. huius statuti, et certe sic idem dicit Cin. in l. nulli C. de iudic. et consentiens dicit cum specul. in tit. de rescript. § ratione vers. quod si impetr. diversis, et etiam vide spec. in tit. de expen. § sin autem vers. contradictus, et in tit. de dilat. vers. procedit pluralitas. Circa hoc vide Bald. in l. nemo C. de iurisd. omn. iud. et Bar. in l. uni ff. de off. consul. et ratio est, quia non debet per diversos iudices causa continentia dividi l. nulli. Item si unus notarius scribat in una causa, alter non potest scribere auth. sed iudex C. de episc. et cler.

26.a rub. De iudicijs et iudiciorum ordine.

Item quia lites hodie propter litigantium malitias in civitate
Fulginii effecte sunt penitus immortales, propter quod liti=
gantes incommoda sentiunt, laboribus et expensis subiecti
facere ind.: et medela convenienti morbo obviare
predicto, presenti lege firmamus et statuimus, quod in causis
libellarijs, et que de sui natura contestationem exigunt,
nulla exceptione obstante, facta tamen legitimatione per=
sonarum procedi debeat ad litis ingressum salvis exceptionibus
usurarum, exbannimenti, excomunicationis, et non scripti
in libra, et datijs non soluti, que probari debeant coram
iudice suo, que exceptio non possit opponi contra filium et
filiam familias, et nepotem, et uxorem habente virum,
dummodo pater, vel avus, seu maritus eorum sit scriptus
in libra, et solvat datia et collectas, et idem in vidua
que recuperaverit dotem, que exceptio non scripti in libra,
et datij non soluti debeat opponi et dari secundum formam
capituli loquentis de materia posita in ordinamento libre
et que probari debeat infra octo dies statim a die proposite
exceptionis coram iudice principalis cause, et de usuraria
secundum formam prescripti ordinamenti loquentis de usuris,
de reliquis vero duabus secundum formam iuris, quas, vel quam
si opponens non probaverit teneatur ex tunc [illegible] ex=
pensis cause et debeat incontinenti, de facto, nulla
exceptione, appellatione, et petitione consilij obstantibus

expensis

expensis facti, pretextu exceptionis ei commisse que opposita
esset facere resarciri sub pena prestiti iuramenti et 25 lib.
den. infrascriptorum contra iudicem, et nihilominus in 10 lib. den. pro qualibet
dictarum exceptionum non probatarum opponentis communi Fulginii
condemnetur. Teneatur etiam iudex predictis causis ad
petitionem cuiuscunque petentis partem adversam ad litem super
libello oblatam facere contestari, que litis contestatio
habeatur pro vera et legitima contestatione, ac si ab utraque
parte lis esset legitime contestata, et procedatur in causa
ad decisionem ipsius. Et idem volumus observari predicte
exceptiones in principio nominate possint opponi in
omnibus causis, et si opponantur quod debeant probari
modo et forma et termino supradictis et quilibet in
probatione ipsarum deficiens puniatur modo predicto.
Teneatur insuper iudex causarum civilium communis Fulginie
in virtute iuramenti prestiti ad penam 50 lib. den. tempore
syndicatus omnes lites causas, et questiones per se tantum diffi-
nire, et terminare infra xv dies a die late contes-
tationis numerandos, in quibus 50 lib. tempore sin-
dicatus si contrafecerit, seu negligens fuerit con-
demnetur. Et ut predicta celerius expediantur, et ne pre-
textu impedimenti notariorum lites prolixiores reddantur
secundum dicimus quod omni causa, ubi iurati essent a x testes
Statuto quod iudex possit de voluntate partium eligere
unum notarium de civitate Fulginii qui dicta testium
attestationes scribat, et si contigerit ipsos iudicem, vel

alterum ipsorum ipsam causam non diffinire, quod nihil-
lotas teneatur ipsam diffinire infra decem dies con-
tinuos ad poenam centum lib. den., quod ex suo salario
de facto de prima solutione debeat retineri per
Camerarium Communis Fulginie

a. Teneatur § Verum statutum est intelligendum, si pars id petierit, ita Alex. et Jas. in l. pro-
perandum n. 15. C. de iudic. Viu. in suis comm. opin. conclus. 175. lib. 1. Sed an tale tempus,
vel instantia possit prorogari vide per Alex. in d. l. properandum n. 10. Item an
Iudex ex officio possit procedere ad sententiam parte non petente, videns perire instantiam
vide per Alex. in d. l. properandum n. 7.
Sed quid si unus ex litigantibus, qui vult producere testes, habet eos in partes longinquas,
ita ut non possit eos producere, nisi perempta instantia, an tempus possit prorogari
vide per Rolan. in cons. 02. n. 7. vol. 4. ubi tenet quod sic, et ibi plures allegat.
b. terminare § Adde quod statutum istud circa hoc non est in observantia.

7.a rub. De negantibus paternitatem, filiationem,
vel matrimonium. §

Item dicimus et ordinamus, quod si quis negaverit in aliqua
causa in curia Communis Fulginie paternitatem, filiationem,
vel matrimonium inter aliquos, vel mortem alicuius,
et postea probatum fuerit legitime, in x lib. den. Fulgin.
et in expensis legitimis factis per adversarium debeat condemnari;
et hoc capitulum locum habeat inter cives Fulgin. A. Et si in
respondendo positionibus in qualibet parte iudicii
dixerit se non credere, solvat poenam predictam. A. An procedat istud statutum e'

8.a rub. De his qui negaverint aliquem fuisse,
vel esse publicum notarium.

Item dicimus et ordinamus, quod quicumque negaverit aliquem
esse, vel fuisse publicum notarium in aliqua causa coram
aliquo officiali manu cuiuscumque notarii appareat

aliquod

aliquod instrum, seu induceretur scriptum pro parte
tempore, quo exercuerit officium notariatus, vel quod ne=
gaverit aliquem fuisse iudicem, vel massarium, seu
qui officium aliquod exercuerit, vel introduxerit
quattuor instra vel tria, in quibus talis iudex, etiam
interfuerit auctum, et processus, seu pronunciaciones,
et facte per d. officiales et iudices introducerentur,
pro probationibus legitimis habeantur. Et eadem probatio
vel trium instrorum publicorum sufficiat ad probandum
legitime quod aliquis fuerit et sit publicus notarius,
vel si quis privilegium alicuius notarij, vel iudicis
ordinarij introduceret, in quo contineretur quod ipsum
privilegium esset datum vel concessum ab illis de domo
advocatorum, et de lincea vel a prefecto urbis, vel a
comitibus de officio districtus camere, vel a communi
Fulginie, vel alia quacumque persona, que esset publica
et fama posse facere notarios vel iudices
ordinarios, quod non possit opponi per predictos qui fece=
runt, vel concesserunt d. privilegia, non potuerint
dicta privilegia concedere, sed talis introductio habeat
pro legitima probatione, et talis negator in centum libris
den. communi Fulginie condemnetur, et adversario in emen=
datione expensarum quas in causa fecerit occasione
talis negationis, dummodo hoc locum habeat in
civitate Fulginie et eius districtu.

9.ª rub.ª De executione instrumentorum

* Item volentes malitijs, calumnijs, et machinationibus quorundam obviare, qui nituntur sacra guarentigiae statuta eorum fraudulentis variis malitijs et machinationibus protrahere, imo in totum auferre, presenti statuto et decreto firmamus, quod notarij de civitate Fulginei et eius districtu possint, et debeant in instris que fecerint apponere preceptum de guarentigia debitori, vel illi, qui aliquid promisisset vel dare, vel facere aliquid nomine guarentigie precipien, quod ad certum terminum contentum in ipso instro faciat, et observet quae in d. instro continentur. Item quod iudex causarum civilium communis Fulginei teneatur et debeat instra et abbreviationes ipsorum notariorum, in quibus continetur ipsa guarentigia et continentia debita pura et liquida, et si non apparet liquidum ex instro, seu protocollo, facta prius liquidatione ad petitionem creditoris incontinenti visto instro seu protocollo, in quo continetur guarentigia predicta scripta manu cuiuscumque notarij de civitate Fulginei vel aliunde in quocumque loco facta executione mandare in personam, et in rebus simul et divisim prout creditor voluerit in una pronunciatione contra debitorem, nulla exceptione prius audita, dummodo ante executionem ipsius instri debitor semel citetur cum termino unius diei modo et forma in capitulo de citationibus contentis,

salvo

salvo quod si debitor, vel ille, à quo peteretur aliquid, prius
deposita quantitate petita apud aliquem bonum et suffici=
entem mercatorem, et sufficiens intelligatur, ut iudici
videbitur, qui depositum facere debeat infra dece dies
computandos à die notificationis factæ debitori personaliter
vel ad domum, partibus vicinis de pronunciatione con̄
cum, et ab inde in antea nullatenus audiatur, et
de facto ad petitionem creditoris in bonis et rebus, et
in persona executioni mandetur, nisi vellet opponere
unam de quattuor exceptionibus* s. falsitatis, solutionis,
ad cuius etiam exceptionis probationem sufficiat con=
fessio, vel quietatio de solutione vel satisfactione pro=
missa, et nullitatis, vel præscriptionis temporis dece
annorum, quod tempus si ex instro, quod petierit executioni
mandari appareret elapsum, ad depositum faciendum
reus non cogatur, et super exceptione in ca procedatur,
et idem super exceptione, si ostendatur productum instrum
quietationis, seu liberationis, quod audiatur in
exceptione prædicta non facto deposito, et quod liceat
opponere, et quod opponenti detur terminus decem
dierum per iudicem, coram quo petitum fuerit
ad opponendum et probandum exceptionem oppositam
absque alia contestatione, et si excipiens non probaverit
exceptiones oppositas, solvat pro qualibet exceptione
opposita et non probata centum ~~[illegible]~~ den. parvorum

et si aliquis petierit aliquod debitum sibi solutum, et
probaretur per illum, à quo peteretur de solutione d.
debiti, vel de confessione, vel satisfactione, condemnetur
petitor, si debitum fuerit usque in quantitate 25. lib. den.
et ab inde supra quod probauerit solutum vel satisfactum
aliquo modorum predictorum in 25. lib. den. cortonen. et
ab inde infra in centum solidis den. et nihil. pars. poena
legali condemnetur, et faciat iudex quantitatem
depositam restitui illi facere, à quo petitum fuerit
debitum, et si non fuerit probata exceptio infra decem
dies, iudex faciat depositum incontinenti dari pe=
tenti: 2. quod iudex tempore pronunciationis cogat
iurare creditorem ad sancta Dei euangelia corporaliter
tacto libro, si uerum est, quod creditor petit, et si in
instro, quod petierit executioni mandari est confectum
in duplo, triplo, vel quadruplo, et in ea quantitate
qua confectum fuerit, presumat intinctione sua non
obstante precepto guarentigie supradicto et iur. si in instro
contineatur. Et predicta omnia et singula locum habeant
in preteriti, preterito, et futuro, et in ~~contractibus~~ factis
et faciendis, sm formam instrorum predictorum et ipsi pro=
cessus valeant, et teneant, et plenam obtineant
roboris firmitatem non obstante quod predicta in stra
essent factum nostri tam de ciuitate cortonen. vel districtu,
nec aliquo iure can. vel ciuili, nec aliquo statuti capitulo
tam populi quam ciuitatis d. ciuitatis. Et predicta locum habeant

in

in ijs, que consistunt in pondere, numero, uel mensura, et in dando uel faciendo. Et quia factorum non est par executio, nec idem modus agendi pro factis, declaramus, quod si rem dari, uel tradi est in obligatione, et debitor habet facultatem rei tradende, tunc debeat rei petite fieri sequestratio penes aliquem sufficientem hominem, prout iudici uidebitur, et facta d.a sequestratione detur debitori presenti, petenti, et uolenti terminus opponendi unam de d.is exceptionibus sibi competentibus, ut supra, quam si non probauerit infra d.m terminum decem dierum, uel exceptionem non opposuerit, cogatur precise ad restituendum et sequestrum si petitam uel eius possessionem assignare, et nihil. iudex coram quo acta fuerit de facto teneatur et debeat creditorem inducere et induci facere in corporalem tenutam et possessionem rei petite, et debitori mandare ad penam 25. lib. den. quam si contrafecerit in continenti et ipso facto incurrat, quod ipsum actorem in re ipsa ulterius non molestet, si uero non haberet facultatem rei restituendi, depositum faciat in pecunia numerata secundum extimationem rei petite, et ualoris ipsius faciendam per duos uicinos rei conuenti, uel secundum extimationem, que apparet in catastro cois Fulginie seu Libra. Et si ultra uellet creditor extimare quod possit extimare, dummodo non extimet ultra dimidium iusti pretij, et eius extimationis teneatur debitor depositare facere. si uero ultra extimationem ueram

factam per d.tos conuicinos estimauerit, si contingat debitorem habere facultatem rei petitę Iudex faciat solui dicta ueram estimationem, et iur.to parti petentis faciat solui ipsi petenti nomine interesse, quod uerè probauerit esse suum interesse, saltim per duos testes, habita tamen tempore solutionis pretij, uel soluti compensatione. si uerò in obligatione, seu in instrumentis continentibus guarentigiam, simpliciter aliquid fieri continetur, quia in petitione et condemnatione uenit solum interesse, et per ipsum instrum. totum interesse non probetur, et quia aliquando contingit, quod unus, uel plures ex correis seu fideiussoribus habeant instrum. conseruationis indemnitatis, petitò à principali debitore se indemnem conseruari, uel obligatione liberari, et hę exceptiones seu defensiones competant reo, et ipsas opponere possit, quę uerò competebant, et competunt, et opponere poterat et potest contra praesentem creditorem uendicet sibi locum, et habeant contra fideiussorem et correum petentem praed.o iure aliquo non obstante et renunciatione facta cuicumque exceptioni à principali siue instr.to siue conseruat.o si uerò aliud quicumque secundum exigentiam instrumenti guarentigiati petat, quod petens teneatur citatione facta porrigere aliquam facti narrationem, in qua exprimat suum interesse cum iur.to se credere tantum esse interesse, iudicis taxatione praecedente, et tunc demum possit

fieri

fieri executio con(tra) debitorem in formam supra
declaratam, audiatur tamen facere volens depositum
d(ic)ti interesse declarati modo, quo supra ad oppositionem
exceptionis scriptę in modum et formam supra traditam
si vero agatur, aut actor suscipiat iudicium defen=
sionis rei alienatę, et velit se defendere, et non
suscipere defensionem, volendo opponere aliquam de
d(ict)is exceptionibus, non audiatur, nisi faciat depositum
totius valoris rei, et interesse probati ut supra;
salvo quod si creditor eligeret seu eligere vellet
in casibus p(rae)d(ic)tis et aliis quibuscunque ubi factum
est in obligatione pena in instro contentam, cuius
executio petitur, quod eo casu teneatur creditor
dare libellum reo a quo petitur pena, et d(ic)ta causa
sit et intelligatur esse libellaria et preceptum
quare renuntiatio in pena in instro cuius executio
peteretur contenta locum non habeat, teneatur
autem et debeant notarii civitatis fulginii et
eius districtus in suis obligationibus, et ubi fieri,
vel quid dari, tradive est in obligatione certam
penam imponere in ipsis instris, et non per quota
parte dupli, tripli, vel similibus. Dicimus etiam
et ordinamus quod illud ius servetur laicis con(tra)
clericos in curia civitatis fulginii, et coram ipsis offici=
alibus, quod servetur et fit clericis con(tra) laicos in
curia Ep(iscop)i fulgin(atensis). Item quod nulla persona possit

pro aliquo debito mitti in carcere comunis si vult infra unam
diem postquam captus fuerit, sive de eo non est ad petitionem
creditoris dare idoneum fideiussorem de non recedendo
de palatio dicti comunis ad penam per iudicem imponendam, et
interim per bailivos custodiatur expensis ipsius de=
bitoris seu detenti. Insuper dicimus quod predicta guar=
rentigia non valeat, nec locum habeat inter foren=
sem et forensem, nec in contractibus inter eos celebratis,
nec pro forense contra civem seu habitatorem civitatis Assisii
et quicunque cederet seu cesserit iura sua que habuit
contra aliquam personam, quod tempore celebrationis cessionis
talis iura cedens iurare teneatur et debeat ad sancta
Dei evangelia corporaliter tacto libro in ipsa cessione
quod tantum, quantum in ipsa cessione continetur de=
beat recipere a suo debitore vere, et si aliter fiat
instrumentum cessionis non valeat ipso iure, nec ex eo
aliquid peti possit, non obstante aliquo statuto
populi vel comunis, quod in contrarium loqueretur,
et quod omnis exceptio que competit contra cedentem
iura sua tam contra personam quam contra instrumentum, et etiam
exceptio ex causis que competerent reo contra creditorem
possit opponi contra cessionarium, et quemadmodum
reus repelleret ab agendo cedentem, per quam
exceptionem reus repellet cessionarium exceptionem. Aliis

cedenti

cedentis, et pred.a Cap.s populi inst.a qu.o die sua princi:
pii officij teneatur et debeat banniri facere, ut
homines sciant. Item quod supradictum statutum de exec.ne
instrorum, et aliud positum in p(rese)nti volumine ante
vel retro in instris usurar. [illegible] et prohibend.
Et si quid in d.o volumine reperiretur, quod dispo:
neret in instris usurarijs ex nunc an(te) p(rese)ntis Capi-
tuli cassum irritum, et inane, et nullius valoris,
et quod exceptio usuraria possit opponi executioni
instrorum, seu instri guarentigiati nullo etiam facto
deposito, et ipsa exceptio possit opponi et probari
per quattuor testes singulares, qui probent se vel per
alium soluisse usuras executionem petenti, seu ei,
cuius nomine executio peteretur, vel per quinque testes
de publica voce et fama, quae probatio, et quaelibet
ipsarum habeatur pro plena et sufficienti probatione,
qua probatione facta d.m instrum guarentigiatum conti:
nens executioni mandari non possit, nisi in vera
sorte, quae probaretur tempore celebrati contractus
per creditorem per duos testes idoneos de civitate Fulginie
vel districtu, teneantur et debeant excomputare
in solutione verae sortis, totum id quod probaret debitor
se soluisse per duos testes vel per scripturam libri credi:
toris, qui liber debeat deferri coram Iudice Potestatis
de facto et incontinenti. Et si iudex qui de causa

cognouit in faciendo dictum librum deferri negligens fuerit
condemnetur in centum lib. den. per Cap.um Populi Ciuit.
Fulginie durante officio d. iudicis infra decem dies
à die proposite querele. et si quis supradictam exceptionem
opposuerit illam infra decem dies supradicto modo
non probauerit, uel alteram ipsarum exceptionum in
decem lib. den. pro Com.i Fulginie debeat condemnari
per ex dies d. termini per iudicem coram quo fuerit
ipsa questio uentilata debeat statui et decerni.
Item quod nullus notarius audeat uel presumat
rogari de aliquo instro usurario alicui contra quod
probaretur ipsum esse usurarium modo pred. per
quattuor testes, uel quinque uel altero ipsorum sub pena
centum lib. den. Et à processibus factis uigore instrorum
guarentigiam continentium non possit appellari,
et pred. uendicent sibi locum etiam in agendo.

* Forensis an gaudeat beneficio ~~privilegio~~ istius statuti uide Dec. Jo: Andr. cons. 3. lib. 2.
a. Guarentigia quid sit, uide Bar. in l. ~~si~~ possessio 4. et si possesso n.o 3. ff. de acquir. possess. et est obseruantia alicui iniuncta per mandatum tabellionis, qui dicitur iudex ordinarius, ut per Bal. in l. 2. col. 2. in 3.o not. C. de fideiuss. et circa modum procedendi uigore d. instri uide Roman. cons. 133. in princ. ubi plene. Vide etiam Ostrad. in cons. 301. in uers. ult.o n.o 6. ubi tract. communiter.
b. Pura comprehendit etiam debitum conditionale purificatum licet primus in materia stricti interpretandum, ut per Aug. in l. si 4. plures ff. de uulg. et pup. ubi Alex. et Jas. sequuntur, et per Paris. cons. xx. lib. 5.
c. Executioni. § An statutum loquens de executione facienda contra debitorem procedat contra heredem debitoris dic quod sic, ut per Alex. cons. 108. col. pen. lib. 6.
d. In personas sed an electa uia executiua personali possit ad aliam uiam realem recurrere dic quod sic, ut per Vant. in tract. de pign. et hyp. ult. par. q. ult. uers. postremo, et eadem Dec. in cons. 73. in uer. prestantissimi doct. uide per Grammat. in cons. 95. n.o 4.
e. Prout creditoris istud statutum locum habet etiam in eo, uice cessum est creditum, quia sicut ad instantiam ipsius principalis creditoris executioni potest instrum, ita etiam ad instantiam cessionarij Bal. in l. 1. ff. si cert. pet. Rom. cons. 30. procul dubio. tamen non procederit nisi citato debitore et facta diffusione an ille fuerit cessionarius Rolan. cons. 200. lib. 1.

f. Nullas. Adde tu quod licet statutum excludat nullitatem, poterit tamen semper opponi evidens nullitas. Alex. in cons. 120. lib. 1. n. 14. Et per istud verbum nullas impeditur quod etiam iudicis officium implorari non possit. Ang. Aret. in § actionum n. 49. inst. de action. Nulla exceptione. Quod istud non est instrum., nec est legitime factum, ut per Aret. in § plane inst. de milit. testam. Et opponi potest exceptio proveniens ex capite inform. Aym. cons. 211. col. 2. lib. 2. Poterit etiam opponi exceptio implementi non secuti, quae semper opponi potest. Corn. cons. 79. circa fin. col. 3. n. 5. ✝ Et quod possit opponi instrum. non esse instrum., et carere solemnitatibus requisitis, vide Rolan. cons. 46. n. 40. lib. 1. Et quod opponi possit incontinenti. Ceph. cons. 4. n. 109. lib. 1. Adde quod si contra instrum. sint indicia, executio debet in suspenso teneri, donec evacuata fuerint inditia. vide Casp. in l. in testamento n. 10. ff. de reg. iur. Adde etiam quod poterit opponi instrum. non esse instrum., et carere solemnitatibus a iure requisitis. Roland. cons. 46. n. 40. lib. 1. ✝ Tract. de credit. cass. q. tit. p. n. 1077.

g. De quattuor. Ultra istas poterunt etiam opponi similes exceptiones, etiam si statutum de his tantum loqueretur. Aym. cons. 1. col. 17. circa fi. vers. non obstat lib. 2.
Stante isto statuto non poterit opponi contra instrum. esse sine causa. Sal. in l. si cum C. de execut. rei iudic. in fi. vers. quia modo. per quod Alex. cons. 4. col. pen. lib. 1.
Sed an hoc statutum quod prohibet exceptionem opponi, valeat: dic quod sic per Aym. Cravett. in cons. 1. lib. 2. n. 6. vers. his praesuppositis. Adde statutum prohibens exceptiones opponi non procedere si eis non oppositis quis locupletaretur cum aliena iactura. Vide Socin. iun. in cons. 49. n. 54. lib. 1.
Si statutum hoc diceret quod instra habeant executionem paratam, notandum est dictum Ang. relatum per Dec. in l. fin. n. 39. C. de edict. divi Adr. coll. quod testes examinari possunt et dicta eorum redigi in scriptis, et talis scriptura, quae publica est, paratam habebit executionem. Adde quod instrum. depositi habet de iure com. executionem paratam l. pen. ubi Bar. et Ang. C. depos. Alex. in l. a iet praetor § 1. ff. de re iudic. et contra tale instrum. non potest opponi exceptio non numeratae pecuniae l. in contractibus § sed sum. C. de non num. pec. Jas. in l. 1. C. de eden. Item nec exceptio compensationis de debito liquido l. pen. cum glos. C. depos. Bar. in l. si aliena ff. solut. matrim.
h. Exceptio usurariae. Quomodo probetur quem esse usurarium vide Abb. Fran. in cons. 113. col. 7. in fi. lib. 2. per Caser. in decis. 72. n. 3.

30.ª rub. De eodem.

Item quia cordi nobis est lites minuere, et subiectis a sumptibus et expensis inanibus, et incommodis quantum est possibile relevare: et quia conveniens est, ut unusquisque sibi debitum facile assequatur, ordinamus lege ista quod instra publica in quibus non continetur guarentigia, seu continetur, sed locum habere non possit, executioni mandetur infrascripto modo, et forma, quod citetur reus, vel heres eius, vel

qui voluerit pro se vel pro eo respondere in modu et forma
contentam in capitulo de iniungendo quod veniant ad
respondendum de iure petenti executionem talis
instrumenti; cum executio petitur contra eum per se vel pro=
curatorem legitimum, interrogetur per Judicem reus
vel eius procurator facta prius legitimatione personae,
seu verum debitum sit verum necne? et si confiteatur
reus, vel eius procurator, terminus detur ad soluendum
dandum, vel faciendum decem dierum. Et si debitum
fuerit in negatione deductum detur neganti per
Judicem terminus decem dierum ad opponendum vel pro=
bandum quicquid potest de iure suo. Et si fuerit
reus inde rogatus et iussus in respondendo contumax,
quod habeatur pro confesso. Quo termino elapso, si reus
seu debitor oppositam legitimam exceptionem non proba=
uerit, mandetur sibi per iudicem, quod infra alios decem
dies det et soluat, seu faciat in instro contenta, et per
creditorem petita ad poenam x. lib. den. quibus elapsis
diebus Judex teneatur et debeat executionem mandare
dicta instra in personam et rebus. Et circa estimationem
factorum procedatur ut continetur in capitulo de exe=
cutione instrorum guarentigiorum. Et circa petitionem
et executionem, et si quis sentiat se grauatum
possit appellare ad Judicem Cap: et procedatur in dictis
in modum et forma tradita in cap. de appellat.

31.a rub. De ferijs et diebus feriatis.

Item dicimus et ordinamus, quod cum omnes dies sint iuridici,
quod potestas, et Cap.s et officiales singulis diebus á media tertia,

quia pulsatur campana pro iure reddendo usque ad tertiam
et post nonas ab hora, qua d.a campana pulsatur usque
ad vesperas singulis diebus sint, et stare debeant ad
bancas, in quibus fuerint deputati ad iura reddenda,
et d. iudices singuli sui officij faciant executiones
iuris petentium ad poenam solidorum decem pro quolibet, et vice
qualibet, qua contrafecerit, nisi necessitatis causa
excusaret eosdem, exceptis diebus, et festivitatibus in=
frascriptis, qui sint et esse debeant feriati, primo
die Nativitatis D. N. Iesu Christi cum duobus diebus
praecedentibus, et quattuor diebus sequentibus, die
Epiphaniae Domini cum uno die sequenti, die festivitatis
S. Feliciani gloriosissimi Martyris, capitis, protecto=
risque Civitatis Fulginiae cum quattuor diebus praecedenti=
bus, et tribus diebus sequentibus, die Sanctae resur=
rectionis cum septem diebus praecedentibus, et septem
sequentibus, die Ascensionis Domini, die Pentecostes
cum duobus diebus sequentibus, omnibus diebus Do=
minicis, et omnibus diebus Veneris totius anni,
omnibus diebus festivitatis cuius ~~cunque~~ Apostoli, et
evangelistae, diebus festivitatis B. Mariae Virginis
de mense Februarij, Martij, Augusti, et Septembris,
et die festi Conceptionis ipsius, diebus festivitatis
S. Michaelis Archangeli de mensibus Maij et Septembris,
die festivitatis omnium sanctorum cum uno die sequenti,
omnibus festivitatibus quattuor Doctorum ecclesiae

die festiuitatis S. Petri de Fulginia, diebus festiuitatis ss. Lucie, et Catharine Virginum, die festiuitatis S. Joes Bapte, die festiuitatis S. Laurentij Martiris, S. Nicolai Epi et Confessoris, S. Viti, die festiuitatis S. Francisci et S. Dominici, diebus rogationum, die festiuitatis S. Ludouici, et S. Herculani, die Consecrationis S. Feliciani, die festi Corporis Christi cum uno sequenti, et omnibus alijs festiuitatibus, quas Dominus Epus cum suo clero duxerit celebrandas, et feriati sint singuli Jouis dies post nonas, in quibus d. officiales non teneantur sedere à mane usque ad nonas. Pro metendo aut faciendis dies feriati sint quolibet anno à festo S. Barnabe de Mense Junij inclusiue usque ad Kalen. Augusti inclusiue. Et pro uindemijs faciendis quolibet anno sint ferie à festo S. Angeli in antea unicuique uindemiare per comitatum Fulgin. et ubicumque sine pena et banno prout sibi placuerit liceat, et licitum sit; et in singulis dilationibus datis ad probandum dies utiles intelligantur, et quod dies debeant scribi uirc. per quemlibet notarium Pot. et Capit. ciuitatis Fulginie in uno ex libro actorum cuiuslibet d. notariorum Fulgin.a ad penam prestiti iuramenti.

a. Adde quod omnis dilatio probatoria, etsi non dicatur, debet esse peremptoria Bal. in l. si finita col. 3. ff. de damn. infect.

37a rub. De salarijs soluendis in causis.

Item quia cum sportule solui in causis consonum sit rationi, presenti statuto firmamus, quod in causis libellarijs soluatur

ab

ab actore litis contestatae duo den. pro lib. qualibet, et si non fuerit salarium solutum ab actore tempore litis contestationis pro qualibet lib. pecuniae, vel extimationis rei petitae, quod factum ex pro eo non valeat ipso iure, sed contra eum valeat. In aliis vero casibus teneatur actor simili modo solvere quandocumque ante pronunciationem sive mandatum de solvendo, alias quod factum est pro eo non valeat ipso iure, sed contra eum valeat. Sufficiat tamen salarium esse semel in causa sive lite solutum, etiam si de novo eadem res petatur. Et si non solveret salarium duorum denariorum pro qualibet libra, et vellet reitterare processum, quod non audiatur de eadem re, nisi prius legitimas expensas refecerit, salvo quod si aliquis tanquam tertius peteret revocari tenutam per libellum, vel sine, quod non teneatur solvere salarium. Et de omnibus causis, de quibus in statuto cavetur, quod salarium solvi non debeat, ipsis salarium non solvatur etiam in casibus alimentorum.

33a. rub. De summariis et extraord. cognitionibus.

Item quia saepe contingunt casus, in quibus summarie, et extraordinarie[a] procedi debet, ut plurimum magis quam deceat protelentur, volentes ipsarum protelationi obviare, et protelantium malitiis occurrere, praesenti lege statuimus quod in casibus praedictis procedatur sine libelli porrectione, cum aliquali facti narratione exhibita, super qua procedatur summarie sine strepitu et figura

[a] In supradictis casibus non requiritur litis contestatio Alex. cons. 101. col. 2. lib. 6. sed adverte, quia Alex. supra, et Bar. in quibus se fundat Alex. in d. cons. loquitur quando in ea proceditur sine figura iudicii quo casu bene procedunt supradicta, secus quando summarie, prout supra, quia tali casu videtur quod requiratur litis contestatio ita Bar. in tract. ad reprimendum in vers. summarie, ubi idem cum Bal. in cons. 292. lib. 1.

iudicij, prestito tn̄ a partibus calumnie iur. et Iudex coram
quo pred.e cāe agitantur teneatur, et debeat ipsas causas
finire et terminare infra quindecim dies continuos
aliquibus ferijs non obstantibus vinculo iur. et pena
25. lib. den. in quibus tempore syndicatus debeat con=
demnari. Et si aliquis tertius peteret reuocari, et extra
mitti aliquam tenutam datam in bonis debitoris, et
ipse tertius voluerit facere depositu quantitatis pred.e
vel estimationem rei in tenutam datę, cuius rei reuo=
cationem petit, Iudex teneatur et debeat in continenti
facto deposito apud idoneam personā, prout iudici vide=
bitur, nulla prius facta probatione facere tertio pe=
tenti tenutam restitui, ipso facto, vel si depositu facere
nollet audiatur et admittatur ad probationem iuris
sui, et si probauerit de possessione sua per unu idoneum b.
testem reuocetur tenuta, et depositi restitui faciat
eo casu, quo factum esset, nisi actor equè benè, vel me=
lius de possessione sui debitoris probauerit, et ab ipsa extra=
missione, seu depositi restitutione non possit appellari, et
si quis appellaret in prosecutione appellationis nullus audi=
atur, et cont. ipsum processum nō possit de nullitate opponi.
Et si Iudex pronuntiauerit tenutam datam reuocandam
vel nō reuocanda esse, depositu restituendu vel non
restituendum esse, ab ipsa pronuntia nulli liceat ap=
pellare, nec de nullitate dicere, sed pars que se dicet, et
dicet se grauatam, possit petere eadem die vel sequenti

b. Per unu idoneum t. sed an valeat istud statutu, in hoc dicas quod non, ut p. Crot. de test. par. 6. n. 19. nisi esset omni exceptione maior Crot. ibid. n. 22.

qua

quia pronuntiatio facta esset consilium sapientis in formam ordinamentorum de consilio dandi, et in formam et tenorem d. ordinamenti procedi debeat, et interim nullo possit iudex facere novationem, seu novitatem.

34.a rub. De copia exhibenda actorum, et processus facien. parti litiganti cum aliquo ex quacumque causa.

Item dicimus et ordinamus, quod si aliquis habuit quaestionem cum aliquo ex quacumque causa, et petierit, seu peti fecerit copiam quorumcumque actorum a quocumque suo adversario cuiuscunque conditionis existat, quod d. talis, a quo d.a copia petitur teneatur et debeat ipsi tali petenti dare illam copiam ipsorum actorum, vel partis ipsorum ut petierit expensis d. petentis, et Potestas, seu Cap.s et eorum officiales, coram quibus fuerunt postulata teneantur et debeant cogere de facto talem habentem d.a acta, coram quo fuerit petita d. copia exhibere copiam dictorum actorum d. tali petenti sub poena 25. lib. den. pro quolibet dictorum, et praed. vendicent et locum habeant quando ipsa acta in pertinentiis comitatus Bulgarii non inveniuntur, et eis non obviat, nec obstare possint facere aliquid impedimentum vel in posterum imponen. ex quacumque causa, et hoc locum habeat in praesenti, praeterito, et futuro.

35.a rub. De officio Iudicis D.ni Capitanei.

Item quia promissis antiquorum dabant officia et potestates carum civilium comitatus Bulgarii, quod reperimus milites Potestates civitatis eiusdem fecisse, ipsasque detraxisse a m.ius comitatus Bulgarii legiones et dona non modica recepisse, quia d.i intendunt circa illas exercitationes dormiunt circa arma

et alia ad ipsum officium spectantia retardant, ideo
statuimus et firmamus, quod miles d.a Potis civit. Fulgin.
pns, et qui pro tempore fuerit non possit, nec debeat
se aliquatr intromittere, nec cognoscere de aliqua
questione civili cuiuscunque rei, quantitatis, summe,
et si se in aliquo intromiserit non valeat ipso iure, nec
possit executioni mandari, et quod nullus notarius
audeat, vel presumat sub pena 25. lib. den. solven.
vice qualibet, aliqua acta, que fierent in civilib.
coram eo, vel eius m.co et eius scripture si que fierent
nulla fides adhibeatur, quam penam 25. lib. solven.
Iudex maleficiorum d.e civitatis teneatur de facto
exigere ostensa d.a scriptura per quemcunque, revocaten.
omnem iurisd.nem militi Potis ex forma cuiuscunque
statuti attributam, et nihil. idem miles preter penam
periurij, quam incurrat in 25. lib. den. vice qua=
libet puniatur, et quod iudex Cap.i d.e civitatis
possit et debeat cognoscere et diffinire de questionib.
et causis usq. in quantitatem 40. solid. sine libello
et litis contestatione, et sine strepitu et figura iudicij
et quolibet die et tempore etiam feriato, et ab ipsis
sententijs seu mandatis factis in d.is cais nulli liceat
appellare, seu de nullitate querere. et quod nullus
alius officialis civit. Fulgin. possit et debeat de d.is cais
usq. in d.am quantitatem cognoscere, et si cognoverint,
quod fecerint non valeat ipso iure, et ad probatione

sufficiat

sufficiat dictum unius testis cum iur.to partis tam de debito
et de solutione ipsius debiti, dummodo non possit alius 40.
sol. ab ins.a petere contra eundem debitorem ex eadem
causa, etiam eodem teste, sed cum aliis testibus, dummodo
tempore primae petitionis iuret petens, et testes, quod
ex ea ca. non debet recipere aliquam aliam quan=
titatem quam 40. sol. vel ins.a et quod attinet omne
debitum ad quod teneretur sibi convenientibus in
illam diem, et debita assignata praedicto modo et aliter non audiatur.

a. Adde quod hodie milites Rotae habet tribunal suum de per se, illud tamen exercet notarius cam.
scribendi militis, ipsius tamen iurisd. non se extendit ultra summam quattuor florenorum. Se pone quod
quis sit creditor alicuius in flor. 20. an poterit summam dividere et nominatim agere de summam
dictorum quattuor flor. vide Bar. in l. in commodato § dicendum col. 2. ff. commod.

b. poena 25. lib. den. sed quae moneta erit ista, et de qua summa et valore intelligit statutum, vide per
Gemin. super decret. in c. si quos nd. 2. 12. q. 2. ubi videtur tenere quod intelligatur de libra auri.

26.a rub. De Appellationibus et petitione consilii.

Sanquia omnium circumductionum materia licium auferre
litigantibus totaliter cupieramus, quod quotidie malitia
crescente, quod provisum erat ad bonum, ut
plurimum tendebat ad noxam, quia per appella-
tiones, quae super unoquoque actu, quia poterat in-
terponi, causarum circuitu protendebantur et in
finiendo finem non aliquem habebant, Volentes
praedictis omni modo, quo possumus obviare, per hoc sa-
lutari ordinamento statuimus et ordinamus, quod ante diffinitivae
sententiae tempus pronunciationis seu mandati processus
negocii diffinitionem tenderet nulli litiganti
liceat appellare, cum satis sit provisum unicuique
appellare posse in aliquo crediderit se gravatum quod

possit petere consilium sapientis in forma inferius
descriptam. Si sententia vero diffinitiva pronunciatio
fuerit, quod, vel quae totius negotij diffinitionem in-
duceret liceat unicuique appellare, et recurrere, et
pro eo sapientem eligere ad Illustrissimum Capitaneum Populi
civitatis Bononiae, seu eius iudicem, dummodo
appellans recurrat, et pro sapiente eligat infra decem
dies a die latae sententiae, pronunciationis fuerit, quod
induceret totius negotij diffinitionem tam super ini-
quitate aliqua vel expressis, quam super nullitate etiam si
illum vellet dicere ipsam nullam, quod si praetermiserit
infrascriptum dictum tempus, non possit ulterius de iniquitate, seu
de nullitate opponi, nec aliqua lex exiri(?), et eius
praetextu ipsius sententiae executio impediri non possit
nec modo aliquo impediri, quod Capitaneus vel eius iudex
teneatur causam appellationum praedictam diffinire infra 25.
dies utiles computandos a die interpositae appellationis
aliquo non obstante, nisi de partium voluntate
fuerit terminus prorogatus, quibus elapsis rata maneat
sententia, et executioni mandetur non obstante
appellatione praedicta. ita tamen quod Capitaneus vel eius iudex non
possit partes vel aliquam ipsarum expresse astringere
ad prorogandum dictum tempus et ipso tamen termino dictorum 20.
dierum iudex Capitaneus vel ipse Capitaneus teneatur et debeat

posse

per se cum definire et terminare, et si contingat
sententiam confirmari et pronunciari bene senten-
tiatum, et male appellatum, et bene pronuntiatum
sive modo qualecumque, et sub qualicumque forma verborum
quod a dicta sententia non possit appellari, nec non eam
opponi, vel agi de nullitate executioni mandari
a quocumque iudice locis vel Capitanei sive a quo ipsius
executio peteretur omni exceptione et appellatione
reiecta[a] si vero prima sententia infirmatur in totum
vel in parte liceat ei, contra quem ipsa sententia lata
esset appellare infra quintum diem a die latae sententiae
numerandum ad unum ex iudicibus civitatis Fulg.
qui dari et deputari debeat per dictum Capitaneum vel eius
iudicem neutri parti suspectum infra tertiam diem
a die interpositae appellationis ad poenam centum lib.
den. com. fulgin. applicand. quam poenam ipso facto
incurrat et interesse parti prout eo modo quo in
tempore sindicatus ipsius. Et si consultor non inve-
niretur in praedicto quod dictus Capitaneus teneatur committere
collegio iudicum civitatis, in qua advocati partium
interesse non possint, qui iudex si ipsam commissionem
acceptaverit teneatur et debeat ipsam causam diffi-
nire infra 15. dies continuos computandos a die depu-
tationis ipsius, et ex tunc elapsis ipsis 15.
diebus grata maneat iudicis sententia Capitanei vel eius iudicis

[a] Vigore huius Statuti duae sententiae vim trium habent, et pariunt rem iudicatam Greg. XV. decis. 492. n.o p.o Duran. d.e 365. n.o 1. ubi n.o 3. quod duae sent.e tunc dicuntur conformes, quando 2.a confirmat p.am et utraque in effectu, substantia, et qualitate concordat, per glos. in clement. p.a § in n. aliciens, de sent. et re ind.

et predicti possint facere, et procedere summarie, de
plano, sine strepitu et figura iudicij, omni solemni=
tate, subtilitate iudiciorum totaliter pretermissa, a tem=
poribus ferijs et diebus feriatis non obstantibus pro=
cedere possint ad diffinitionem ipsius, et quod diffinitio
et pronuntiatio fuerit valeat et teneat, et pleni=
ssimam obtineat roboris firmitatem, et quod nulli=
tatem et iniquitatem queri non possit, sed ipsa sententia
executioni inuiolabiliter mandetur a quocumque
Iudice Capitanei siue Potestatis dicte ciuitatis, a quo ipsius sententie
executio poterit omni exceptione et appellatione
remotis, et si dictus Iudex predictam commissionem acceptauerit
et dictam questionem intra dictum tempus non definiuerit
in 25. lib. den. pena incurrat ipso facto, et interesse
parti, quam et quod de facto Iudex Capitanei teneatur
et debeat auferre et ad manus Camerarij faciat
peruenire, et interesse ad partem. Et insuper Iudex
maleficiorum Potestatis et Capitanei et quilibet ipsorum in uir=
tute prestiti iuramenti teneantur et debeant ad simplicem
requisitionem cuiuscumque petentis dictum Iudicem coer=
ceatur et compellatur ad diffinitionem faciendam, et sententiam
ferendam huiusmodi causis sibi commissis intra dictum tempus 15. dierum.
Et de interesse et damno stetur iuramento illius, qui
appellauerit a sententia Capitanei seu eius Iudicis sine
aliqua alia probatione. Per predicta autem nolumus

in

in aliquo derogare capitulo quod loquitur de quarentigia libro iiii. vel tit. de execut. instrum.

a. Hoc tamen quod quando ex forma statuti exceptio aliqua opponi non potest, poterit tamen semper opponi exceptio proveniens ex defectu iurisdictionis supp. de Marsil. sing. 10. ubi plures doct. allegat, et post tres sententias conformes, ut ibi.
b. Sed quid si quis appellaverit ad superiorem omisso medio iuxta formam statuti vide fosc. Bonon. 96. ubi habetur quod appellatio non valet. +

37.a rub. De eodem.

Item quia ea, que recte geruntur consilio, stabilitate, et firmitate nituntur, Statuimus super isto capitulo cautum, ut nulli liceat ante diffinitivae sententiae tempus vel seu pronunciationis, seu diffinitionis, sive totius negotii diffinitionem sententiae imponeret appellare volenti a pronuntiatione, seu diffinitione, vel gravaminibus in quibuscunque casis quae diffinitivam sententiam precesserunt, seu interveniant alterentibus se gravatos vel eam ex gravationis tribuere, ordinamus et dicimus, quod si aliquis dixerit se gravatum a quocunque iudice vel ab aliquo precepto, mandato, interlocutione, pronunciatione, seu actu quocunque ante diffinitivam sententiam quandocunque, in causa qualcunque possit et sibi liceat suis expensis petere consilium sapientis dicti illati gravaminis vel se gestori et iudex teneatur sub poena presenti vini. et 25. lib. den. de salario potestatis seu capitanei, et camerarius communis, sub iure retinendo dare, pro sapiente unum de iudicibus civitatis sub ipsum venim. parcium suspectis

ipsi infra diem à die petitionis debeat mandare parti
ut infra dictam diem deponat competens salarium pro con=
sultore assumendo, apud quem judex praemandaverit,
quod si non fecerit eius petitione non obstante judex
teneatur et debeat in causa procedere, et judex
et consultor assumptus seu sapiens, cui ipsa questio com=
missa fuerit per judicem committentem teneatur et
debeat eam sibi questionem commissam assumere et
acceptare, et suum consilium dare infra quintam diem
à die commissionis sibi factae, et si is cui committeretur
vellet ipsam causam seu punctum ad consulendum assumere
et acceptare, quod per judicem, coram quo ipsa
causa verteretur cogatur de facto ad assumendum punctum
sibi consulendum commissum, et super eo suum reddere
consilium infra tempus praedictum computandum à die com=
missionis sibi factae, et acceptationis ipsius, nisi dictus
sapiens eligendus et assumendus haberet iustam causam
non assumendi, et causa excusationis intelligatur si con=
suluisset aliquem partem, vel si esset infirmus dum=
modo iuret ipsam causam, vel eam alteram esse veram, et
si iudex vel consultor assumptus venerit infra
dictos dies dictos de causa vel altera ipsarum committatur alteri
modo et forma praedictis, alias quod praedictum fuerit pro iudice
causa remaneat firmum, non obstante petitione sapi=
entis praedicti cui consilium si datum fuerit in petente

petitur

lectur, nec possit peti per eum ulterius reuideri, et
si ipsa pars cui quam datum fuerit possit ipsi consilium
petere et emendari, et Iudex teneatur simili modo
ut d(ic)ta consilia dare, cui consilium super sic redditum
fuerit in(fr)a x dies petatur consilium iam reddito
et procedatur in formam ipsius non obstante quod
petitum fuerit reuideri, et interim Iudex non possit
in aliquo procedere, et si processerit processus ordinamenti
et statuti forma non valeat ipso iure, saluo quod
a pronunciatione, quæ fieret super confirmatione sententiæ
non possit dicere aliquis se grauatum, nec consilium
sapientis petere, sed Iudicis pronunciatio praedicta
forte sit firma et pro legitima et vera habeatur, et de
ipsa non possit ulterius disputari nec aliquatenus con-
queri, et quod factum est cum eo habeat roboris
firmitatem ac si factum esset cum legitima persona,
et petens consilium suis expensis teneatur et debeat
deponere salarium et dare Iudici suspectorum d(ic)to die
vel sequenti, quo petierit consilium et habeatur
pro iusto salario quod Iudex causæ taxauerit, et
taxandum mandauerit deponi, de quo mandato
nulla partium possit dicere se grauatam, quod si non
fecerit petens consilium in petitione consilii, pars
ipsa grauamine debeat audiri, et in omnibus praedictis
suspectorum numerum possit et debeat Iudex causæ reseruare.

30ª rub.

39. Rub. Quomodo et qualiter deferri debeat Sacramentum parti debito in negatione debiti, et de probationibus debitis referendis.

Item ut causae et quaestiones summarie et cum celeritate procedant, et finem habeant celerem, statuimus et ordinamus quod in huiusmodi summae et quantitatis, et de re qualibet, quae fuerit coram quocumque Iudice et officiali Civitatis, et actor ipsam causam, seu quaestionem decidere voluerit sacramento deferendo reo contra quem petierit et stare voluerit de petitis per eum sacramento ipsius rei, quod reus teneatur iurare, vel iurandum referre ipsi actori, dato tamen termino duorum dierum ad deliberandum super tali petitione elapso vero dicto termino cogatur reus ad iurandum vel referendum super dicta petitione, nulla exceptione prius audita, cum manifestae sit turpitudinis nolle iurare vel iuramentum referre, et si reus sacramento subiicitur, et cum iuramento dixerit se non debere dare aut facere id quod ad iuramentum defertur, et ab eo petitur, et ab eo quaeritur, et actor dixerit se posse probare id quod reus negaverit, statuatur sibi terminus per Iudicem quinque dierum, infra quos si probaverit legitime reum debere id quod iuramento negaverit condemnetur reus in eo quod negaverit, et in expensis omnibus ipsi actori, et nihilominus pro periurio x lib. den. Iudex coram quo quaestio fuerit de facto ab eo auferat, et ad manus Camerarii

l. manifestae ff. de iur.

deferat

de facto sine aliquo processu faciat devenire, et
idem servetur si reus retulerit actori, et actor
iuraverit se non debere, et reus dixerit se posse
probare de liberatione vel absolutione rei, seu
quantitatis petitae, quod statuatur sibi dilatio, et
procedatur, et pro periurio puniatur secundum quod
superius est expressum, et si reus recusaverit
iurare, vel iusiurandum referre statuatur sibi
terminus per iudicem ad iurandum, vel iusiurandum
referendum, et si infra dictum terminum non iuraverit,
vel non detulerit ex tunc habeatur pro confesso
et convicto, et in quantitate seu re petita reus -
- actori per iudicem debeat condemnari, et praedicta
vendicent sibi locum tam in litis contestatione,
quam post, quandocunque ante decursam dilationem
datam ad probandum. Postea vero deferre vel referre -
non teneatur, et solum sibi de facto et obligatione
ipsius rei quaeretur, ubi non de facto seu obligatione
alterius quam rei quaereretur, ubi sibi deferretur vel
actori vel sibi deferretur de eo si ius quae vel
successor esset deferatur ab actore, vel referatur
a reo semper cum deferatur vel referatur probationis
[illegible] secundum actus deferatur vel referatur, vel sibi non
deferatur iurans sit absolutus et liberatus
de eo quod ab eo peteretur vel quaereretur non possit
et teneatur [illegible] infra [illegible] vel sententiam
diffinitivam absolvere

39. rub. De arbitris recipiendis, et modo servando per eos.

Item cupientes inter coniunctos omnium scandali et litium materiam amputare, hac lege perpetuo valitura sancimus, quod quoties evenerit aliqua lis inter coniunctos usque in tertium gradum consanguinitatis, vel affinitatis * et intelligatur durare affinitas, etiam si mortua fuerit uxor, vel maritus, per quem, vel per quam d.a affinitas fuit secuta et inter virum et uxorem, et aliquis ipsorum litigantium petierit ante finitum terminum datum ad probandum ipsis partibus, quod compromittatur d.a causa ad petitionem petentis, Potestas, seu eius officialis teneatur et debeat cogere ipsos collitigantes ad eligendum aliquos amicos communes unum vel plures prout concordaverint partes, et compromittatur in ipsos de iure et de facto, qui arbitri unus, vel plures teneantur et debeant ipsam causam seu causas eis commissas diffinire infra unum mensem computandum a die recepti compromissi B et quod ipsi electi ab eis debeant cogi per Potestatem, vel eius officiales, ut sumant compromissum in eum, vel in eos factum, et laudum ferendum inter ipsos coniunctos per arbitrum seu arbitros ab eis electos valeat, nec liceat contravenire, sed ipsum laudum et arbitrium qualecunque latum seu diffinitum debeat Iudex, coram quo fuerit petitum executioni mandare, nulla exceptione

Istud statutum non habet locum in criminalibus, ut dicit Fran. et Abb. in c. irrefragabili de offi. ordin.

* Consiol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 5.

A Consiol. ad stat. Eugubin. lib. 2. Rubr. 27. n. 34. et 35.

Minor litigans hoc statuto Consiol. ad stat. Eugub. d.o lib. 2. rubr. 27. n. 10. 11. et 12. ubi ponuntur solemnitates adhibendae per Minores. Amat. Dunozet. dec. 307. per tot. Rentinger. dec. 492. n. 10. et seq.

An hunc statutum effugiat qui vult trahere lites ex privilegio l. Tric. Cod. Quando imp. Cinclin. contr. 102. per tot.

B Compromisso pendente an et quando possit adiri Iudex Ordinarius, et quid durante instantia compromissi. Vened. dec. 107. per tot.

Super articulo an in compromittendis possit peti fieri compromissum Consiol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 3.

Io. Bland. de compromiss. q. 3. n. 39. vers. et primo ... pagin. mihi 115. a t.o

exceptione iuris vel facti audita, nec contradictione
recepta, et predicta non vendicent sibi locum, ubi peteretur
executio instrumenti guarentigiati, sententie late, laudi, seu
arbitramenti. Et quia societas vinculum fraternitatis
noscitur obtinere dicimus idem servandum fore inter
socios si sit questio mota inter eos pretextu mercantie,
in qua fuerint seu sint socij. Item dicimus quod in Potestatem,
forensem, vel in aliquem seu aliquos officiales civitatis
Eugubij non possit nec debeat aliquo modo directe, vel
indirecte compromitti tam in officiales, vel privatas
personas, et si compromissum fuerit per eum seu eos
contra formam presentis capituli nullam habeat roboris firmitatem.
Si vero fuerit aliquid per aliquem dictorum Potest. seu eius
officialium arbitratum, sententiatum, iudicatum, declaratum
et pacificatum, non valeat ipso iure, et si aliquid solutum
fuerit vigore predictorum possit solvens petendo repetere.
Item dicimus quod si Potestas, vel eius officiales electi fue=
rint ipsi vel alter ipsorum nominati per aliquos cives
vel comitatenses nostros arbiter seu arbitrator amicus
communis, seu compositor amicabilis, aut quocunque nomine cen=
seatur, et acceptaverit, seu quoquo modo consenserit, pu=
niatur et condemnetur tempore syndicatus sui Communi Eugubij
in centum libras denariorum, et officiales contra predicta facientes
in 50. lib. den., et eligens, seu nominans puniatur, et
condemnetur summarie et de facto in 25. lib. denariorum
Communi Eugubij, et quod sententia non valeat ipso iure, ut
supra dictum est. Et hoc capitulum intelligatur in qualibet

Sup. rebus Eccl(esi)e an fiat compromissum Peutinger. decis. 492. per tot. ubi de solemnitatibus

Clerici an ligentur hoc statuto Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rub. 27. n. 21.

In causis iuratis an habeat locum compromissum Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 8. et n. 9.

A Vide Manent. decis. 11. n. 16. et seq. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 27. n. 4. n. 13. et 14. Ciarlin. controv. 170. n. 16. et seq. et n. 101. et seqq. Bland. de compromiss. q. 4. n. 4. et 5 et vide ibi n. 3.

B [illegible] Rot. decis. 320. p. 14. recen.

parte quandocunque petatur compromitti ante litem contestatam, et postea usque ad dilationem datam ad probandum, id quod per totum et inviolabiliter praecipimus observari, et legi semel in mense in consilio generali, ubi agitur de materia praesenti praedicta et quod idem etiam observetur in mercatoribus de civitate Fulginiae quoquomodo contendentibus occasione alicuius mercantiae, ad quod forensis non teneatur nisi voluerit. — 6

Inter Mercatores Lot. decis. 320 n. 4. p. 14. [illegible]

An arbiter seu arbitri electi vigore istius stat. possint cognoscere de omnibus differentiis vertentibus inter coniunctos, etiam non deductis in libello et compromisso, dic quod non, quia in compromisso veniunt solum ea de quibus specialiter actum est. Hond. post relatos, cons. 61 n. 44 et 45 vol. 2.

Statutum hoc intelligitur per Doct. dummodo lis moveatur pro aliqua probabili dubitatione vide Socin. iun. cons. 79. n. 5. lib. 1. Item statutum hoc non habet locum in debito iurato, super quo non debet compromitti, vide Joa. Phil. Fort. comm. opin. conclus. 45. lib. 3. et vide pro isto statuto Specul. in tit. de arbiter. ubi plene tractat. Sed an minores teneantur compromittere, videtur quod non, ut l. si minor 25 annis ff. de minor. et l. si idem ff. de arbitr. et hoc facit quod not. Dyn. in c. nemo potest de reg. iur. in 6°. ubi dicit quod legis auctoritas non potest aliquem obligare ad impossibile de iure, sed minorem compromittere est impossibile de iure, ut d. l. si minor §. Sed contra hoc videtur tenere Guil. in l. si sponsus ff. de donat. int. vir. et ux. et Rolan. cons. 57. vol. 2. — Sed si est quaestio inter coniunctos, an vigore huius statuti debeat compromitti, dic quod non, ut dicit Bar. in l. properandum ff. de tutor. et curat. dat. ab his, et hic vis quod locum habeat compromissum in istis causis, teneas istum modum et postquam fuerit datus terminus ad probandum, et actor petit executionem instrumenti guarentigiati, incontinenti da libellum contra actorem et dicas te satisfecisse debitum in tali instrumento contentum, quare petis dictum talem condemnari ad reddendum tibi tale instrumentum incisum et cancellatum, et hoc libello dato petas compromitti super dicta causa secundum formam statuti. An autem istud statutum vendicet sibi locum quando causa criminalis civiliter movetur vide per Afflict. in decis. 394. Sed stante isto statuto an hoc peti possit post conclusum in causa vide per Hipp. de Marsil. sing. 467. in fi. et etiam dicitur circa finem istius statuti. An autem istud statutum extendatur ad clericos vide omnino per Rolan. in cons. 57. ubi late vol. 2.

a. Per ista verba patet quod non sit necessaria litis contestatio, vide Alex. cons. 101. n. 6. lib. 6.

b. Nec liceat contradicere. An a laudo et arbitrio possit appellari de iure civili vide tex. in l. societatem § arbitrorum ff. pro soc. et ibi Doct. Bar. et Doct. in l. si quis arbitratu ff. de verb. oblig. de iure autem canonico a quolibet gravamine permissa est c. super eo et ibi Doct. de appellat. An autem possit dari cautela quod a laudo et arbitrio non possit appellari nec ipsum peti reduci ad arbitrium boni viri: Rectineas istam formam quod partes renunciene per pactum appellationi, et petitioni reductionis, et fecturo dolo, et levi et latae culpae, et enormi, et enormissimae laesioni, quae fieret per arbitros in modica magna et maxima quantitate, et gravamini inferendo, et sic vide Socin. iun. cons. 40. n. 40. 49. et 51. Advertas tamen quia Dec. in cons. xi. lib. 1. n. 6. vers. pro frustra tenet oppositum, ubi testatur de communi opinione et observantia, data magna laesione. Adde tamen quod nunquam potest dari ampla potestas arbitrii, quin semper

Vide Gratian. discept. 1410. n.° 15. et seqq.

quando in maxima quantitate est, lesio potest peti reductio, ita Alex. in cons. 131. vol. 2. Dec. cons. 39. et cons. 60. Ripp. in addit. ad Ruin. cons. 358. Item si statutum dicit quod contra laudum non potest opponi aliqua exceptio, intelligitur, sublata reductione, ita Marsil. sing. 62. et ibi Ripp. Nunquid autem bona sit cautela, qua utimur hodie consuetudine per procurem ad acceptandum laudum vide Bal. in l. si. C. de contrah. empt. et post eum Alex. in l. quod debitori ff. ad l. falcid. ubi dicit quod si feratur laudum iniquum non intelligitur quod procurator possit illud acceptare, quod in illo mandato intelligitur semper salua bona fide.

40.a Rub. De eodem

Item dicimus et ordinamus, quod si contingat aliquas partes compromittere in aliquem de iure tantum[a], sive de iure, et de facto[b], si in compromisso contineatur quod possit laudare alte et basse[c], equè et iniquè, modicè, vel immodicè, et fuerit laudatum, quod debeat stari d.º laudo[d], nec possit ab aliqua partium contradici, nec possit peti ipsum laudum [reduci ad arbitrium boni viri, sed debeat] executioni mandari nulla exceptione audita[e]. Si vero pred.a verba, aliqua vel ipsorum non fuerint adiecta in ipso compromisso, quod pars, que dixerit se gravatam vel lesam contradicere possit infra quinque dies et infra mensem ipsam cum conditionibus prosequi et finire, alioquin a d.º mense in antea si non fuerit contradictum compromissum, et laudum inde latum, firmumque maneat et possit et debeat executioni mandari omni exceptione, et condictione remotis, et nihil.s iudex possit et debeat partem contradicentem in expensis faltis in causa ipsius conditionis, si contingat contradicentem succumbere vel non esse prosecutum infra d.m tempus condictionem et petitionem contradictionis ad arbitrium boni viri condemnare, et ipsas expensas facere refici de facto infra octo dies omni exceptione et appellatione remotis. Et pred.a omnia locum habeant in compromissis et laudis in posterum fiendis, et in preteritis vero pendentibus

et non pendentibus currat tempus unius mensis à die
factae confirmationis praedictis ad prosequendum et diffiniendum
modo, quo supra. Et si primum laudum et arbitrium tam inter
coniunctos quam inter extraneos, et executioni mandetur
nulla contradictione seu appellatione obstante. Et si
contradicens obtinuerit, ille qui meruit arbitrium
habere possit recursum, et appellare ad iudicem Capitanei
qui iudex teneatur et debeat summarie et sine
strepitu et figura iudicii infra 15. dies à die interposi=
tionis appellationis ex iisdem actis cognoscere et diffi=
nire ipsam causam, et eius sententiae et diffinitioni stetur
appellatione aliqua non obstante. Elapsis vero 15.
diebus, si dictus iudex non pronunciaverit tuta
maneat sententia, si dictus iudex dictam causam diffinierit
infra dictum tempus requisitum quod teneatur et debeat
resarcire appellanti omnia damna et interesse, de
quibus stetur iuramento ipsius, qui appellaverit, et tempore
syndicatus de praedictis taliter syndicetur, et in unoquoque
casuum praedictorum teneantur arbitri seu arbitratores
ipsas causas diffinire infra 30. dies, et nihilominus potestas Capitaneus
et quilibet alius iudex, qui de hoc fuerit requisitus te=
neantur et debeant cogere ipsos arbitros seu arbitratores
diffinire causam sibi vel eis commissam infra dictos 30. dies à
die receptionis ipsius arbitrii, et nihilominus per iudicem loci
parti petenti in 20. lib. den. quilibet ipsorum debeat con=
demnari, nisi de partium voluntate fuerit terminus
prorogatus, vel per ipsas partes steterit quominus infra.

dictum

dictum ~~tempus~~ potuerit terminari. Insuper et dicimus
quod iudex Dni. Potestatis vel Cap.i et eorum quilibet coram quo
peteret ad petitionem cuiuscunque petentis teneatur et
debeat quandocunque arbitri essent in discordia ipsos
arbitros et partes coram se facere evocari, et eis vocatis,
si invenerit ipsos in discordia terminandi causam compro=
missam in eos, cogat partes ad eligendum tertium, et
in ipsum tertium, qui sit neutri parti suspectus ponat
et committat ipsas causas terminandas una cum dictis
arbitris vel altero ipsorum, et perinde habeatur, ac si
per ipsas partes fuisset in eum a principio compro=
missum, et si aliqua partium recusaret, seu nollet eli=
gere tertium, quod iudex, coram quo peteretur ipsum
tertium neutri parti suspectum eligat per se ipsum, et si
aliqua partium esset contumax seu nollet comparere
ad eligendum dictum tertium, quod factis de eis duabus legitimis
— citationibus ex parte dicti iudicis eo ipso etiam iudex
possit et debeat eligere et ponere dictum tertium, qui tertius
causam sibi commissam cognoscere debeat bona fide una cum
dictis arbitris vel altero eorum, et ipsam finire et terminare
infra tempus predictum nisi terminus ipse prorogaretur de partium
voluntate eius tertii una cum dictis arbitris, vel alterius
eorum laudo et sententiae staretur, ac si prolatum et datum esset
per arbitros ambos ipsos. Et si contigerit quod arbitri
in quibus compromissum esset, et tertius predictus causae quo
electus esset coactus in palatio communis Bononiae ad petitionem
alicuius partis compromittentis, quod inde non possit
recedere modo aliquo, nisi primo tulerint eorum arbitrium

et si recederent inde puniatur quilibet ipsorum arbitrorum
in 50. lib. den. et quod nec Potas, nec Cap.s nec aliquis
alius officialis com. Fulginie possit eis vel alteri ipsorum
dare licentiam recedendi de loco, in quo essent detenti
ad penam prestiti sacramenti et centum lib. den. de suo
salario. Et si contigerit eos cum principalibus detineri
in palatio arbitri supradicti ut feratur arbitrium quod expi=
raret compromissum lapsu 30. dierum vel ipsos 30. dies sen=
tentiare, vel ferretur ipsum laudum vel arbitramentum
per ipsos arbitros, ad quod ferendum cogantur, et post ipsos
30. dies solum cum essent coacti infra tempus compro=
missi, quod nihil. ipsum laudum, sententia, mandatum
seu arbitramentum, quod et quae ferretur per ipsos omnes
tres, vel maiorem partem ipsorum non vitietur
ex hoc, sed potius valeat et teneat ac si latum et datum
esset infra 30. dies computandos a die receptionis facti
compromissi, et hoc locum habeat in compromissis in
posterum fiendis. — 4

a. De iure com. q. stat. statutum hoc innuere quod questio iuris possit compromitti, cuius contrarium videtur voluisse Bal. in l. ancillae, col. 1. in 3. not. ff. de fur. et in l. cum proponas C. de reb. cred. Pro solut. vide Bal. in d. locis, qui bene soluit, vide latius Planeum in tract. de compromissis q. 4. in princ. et Decim. iun. in cons. 24. col. 3. viso processu n. 7. lib. 1.
b. Et de facto quid importent haec verba in compromisso apposita vide Cepoll. in cons. 30. n. 12. in ciuil. Dec. in cons. 91. n. 6. vers. frustra lib. 1.
c. Alte et basse quid operentur talia verba in compromisso apposita vide Cep. in cons. 29. col. 4. vol. 4. Corn. cons. 9. col. 2. lib. 1. Grauet. in cons. 105. col. 2. lib. 2. Bal. in cons. 191. lib. 3.
d. Stari d. laudo sed an laudum debeat fieri in scriptis videtur quod sic per glos. in ver. subscripserit ubi Bar. col. fin. n. 6. Paul. de Castr. in l. fi. n. 4. C. de arbitr. quod non videtur procedere in laudo arbitratoris, quod de sui substantia non videtur re= quirere scripturam, per alios in l. cum te transegisse in 2. not. C. de trans. Et quid si in compromisso apponatur cla. quod possit procedi in scriptis et sine scriptis vide Roman. in cons. 51.

nulla

e. Nulla exceptione audita §. in ollis, nisi per arbitros quis enormiter lædatur, tunc
enim non obstante ista prohibitione reductio peti potest Bal. in l. societatem §. arbitro[rum]
ff. pro soc. et enormis læsio d[icitu]r quando excessus in 6.a parte Bar. ubi supra Socin.
iun. cons. 16. n. 11. lib. 1. et ibi n. 14. et seq. Adde ad materiam huius statuti,
quod nulla cautela verbo[rum] reperitur, quæ in compromisso apponi possit, quominus
reductio peti possit Dec. cons. xc. n.o 6. lib. 1.

f. Contradicere §. Sed an possit excogitari modus ut fiat compromissum ita ut a laudo
lato non possit appellari, seu ad arbitrium boni viri reductio peti non possit,
vel si petatur, talis reductio, nihil[omin]us laudum exequatur, vide Corn. cons. 220.
post n. 7. lib. 2. et alias audivi quod Ill.mus Card.lis Simonetta, dum esset sacri
Rotæ Auditor utebatur ista cautela, Vt apponendo etiam quod non liceat
appellare, et si appelletur appellatio non impediat executionem. quam
cautelam sentit Corn. d. cons. et pro ista cautela facit, quia partes possunt
per pactum renunciare appellationi Hip. in c. sicut Romana n.o 23. ex[tra] de
rescript. et vide Bal. cons. 390. lib. 1. et si iuramentum in compromisso interve=
nerit an petere debeant absolutionem Ancar. cons. 307. col. 1. dicit quod sic
sequitur Dec. cons. 190. col. 3. et vide Cepol. cautel. 195. et quid si petenda causa
cognitionis super absolutione iuramenti labantur quinque dies, an possit amplius
peti reductio, dic quod non, ut per Roman. cons. 9. vide Cepol. cons. 121. Hipp.
sing. 62. in ver. reductio.

g. Succumbere §. Sed an possit a sententia super reductione lata condemnatus appellare
Bal. in l. unica C. ne liceat in una eademque causa col. 3. ubi dicit quod sic, sequitur Alex.
cons. 106. lib. 3. vide Boer. decis. 204. n.o 16. par. 2. Paris. cons. 45. n.o 49. lib. 1.
qui contrarium firmare videtur amplians etiam si sententiam obtinuit contra
super reductione qui obtinuerat in laudo, quod tamen non procedit in isto statuto,
quia contradicens laudo non potest a sententia super reductione appellare.

h. Nisi § ista tamen prorogatio intimanda est partibus, quæ non fuerunt præsentes
prorogationi, alias non valeret Dec. cons. 39. col. 1. Bal. cons. 101. col. fin. et cons.
104. in ver. dilatio lib. 3.

i. Prorogatus § terminus tamen prorogatus non debet esse maior tempore seu termino
p[ri]mo Bal. cons. 101. col. fi. et 102. lib. 3. et si data sit potestas arbitro prorogandi
semel et pluries, bis tamen poterit prorogari vide Bal. in d. cons.

l. Discordia §. Ex qua discordia constare debet, alias si arbiter fuit electus antequam
constaret de discordia duorum primo electorum, non valet laudum per ipsos latum Alex. cons.
124. col. fi. lib. 1. Dec. cons. 632. col. fin.

m. A die receptionis § bona ratione hoc inductum, quia ante acceptationem non
dicitur compromissum Bal. in l. si cum dies circa fin. et ibi Alex. ff. de recept. arbitr.
Alex. cons. 05. col. 3. lib. 5. Dec. in c. ex ratione in ver. et propterea concludo de appellat.
et laudum postea latum esset nullum, licet statutum de hoc nihil dicat, quia repe=
ritur latum sine instantia l. prolatam C. de sent. Abb. cons. 5. col. fin. lib. 2. et
quia diceretur latum a non suo iudice Bal. cons. 101. col. fin. lib. 3.

n. In posterum § Ista verba videntur superflua, quia de natura legis est dare formam futuris, et non
præteritis c. 1. et fin. de constit. l. leges C. de legib. sed quid si actus est in parte gestus, et in
parte est gerendus, vide post Ant. Cors. in sing. in ver. lex sub. apud me 169. ubi videtur tenere
quod sic. tu tamen vide.

41.a rub. De usuris et mutuantibus ad usuras.

Item ad obviandum voracitati et cupiditati usurariorum, qui obliti
sunt facere misericordiam, et persequuntur homines
pauperes et mendicos, et ult.o cum eunequis de carceribus
faciunt macerari, præsenti ordinamento et statuto firma=
mus ad convincendum ipsos usurarios de usuris et usuraria
pravitate, et eorum instra et cautiones, quæ semper in fraude
usurarum, et in maiori quantitate quam fuerit vera sors fuere
convenerunt, propter quod facultates Fulginatorum in
brevi exhauriunt, statuimus et ordinamus quod habeantur
et intelligantur usurarij omnes et singuli Iudei sine
aliqua probatione, et ipsorum instra et cautiones, omnes
et singule habeantur et intelligantur feneratitiæ
et feneratione confecte in quadruplo quam fuerit vera
sors, nisi Iudeus probaverit per testes legitimos de maiori
sorte, ita quod quarta pars intelligatur tantum vera sors
eius quod continetur in cautione seu instro, et si Christianus
velit probare quod fuerit confectum instrum seu cautio
ultra quadruplum, quod admittatur ad probandum, et in
id tamen debeat fieri executio, quantum fuerit vera sors
et non in duplum. Et quia reperiuntur quamplurimi
Christiani in civitate Fulginie et eius districtu in
ipsarum animarum periculum et eorundem civium Fulginie
pte eorum fame non parcentes usurarum tam divina lege
prohibente in humanum damnum exercere. Volentes
animarum periculis obviare, et ne Divine Maiestatis
incurrant offensam ad evitandam ipsam ultionem
divinam prohibemus omnino quod nullus Christianus
audeat per se vel per alium exercere usurariam

pravitatem

pravitatem in civitate Fulginia et eius districtu.
Et si inventus fuerit aliquis exercere (quod absit)
eorum instra et cautiones nequaquam executioni mandentur,
nisi in vera sorte. Et ad probandum aliquem esse usurarium
sufficiat unus[a] testis de forensi cum duobus testibus de publica
voce et fama, qui dicant se solvisse usuras, vel alios
audivisse solvere, et si fuerint singulares, habitaque proba=
tione pred.a vel aliqua predictarum eorum instra et cautiones
presumantur esse confecta in quadruplo ultra quam fuerit
vera sors, nisi probaret legitime per testes seu effectu de
maiori sorte, salvo quod si creditor vellet probare quod
instrum confectum fuisset de maiori quantitate quod
admittatur ad probandum, et in id tunc debeat fieri exe=
cutio, quantum fuerit vera sors et non plus, et per pred.a
non intendimus derogare statuto Populi, in quantum
loquitur de usuris, sed contra instra usurariorum, et ipsos
usurarios, et idem volumus observari in mulieribus
observantibus usurariam pravitatem. ———

a. An autem istud statutum de modo probandi aliquem esse usurarium valeat? videtur quod non, cum hoc non spectet ad laicos c. cum sit generale de for. compet. Rolan. cons. 95. n.o 6. vol. 4. ubi vide, Dec. cons. 181. vol. 1. n.o 2

42.a rub. De alimentis prestandis.

Item dicimus et ordinamus, quod si contingat aliquam mulierem
seorsum a viro manere supplicantem de viro suo offendi
culpa ipsius viri Cap.vi vel Potas, et eorum iudices Populi
d.e civitatis teneantur et debeant vinculo iur.ti omni
dilatione et exceptione remotis constringere virum
ipsius mulieris, qui ipse sue uxori prestare debeat
alimenta oportuna secundum quantitatem[a] dotis, et
facultatis ipsius mariti: ita tamen quod d.i officiales

et quilibet ipsorum teneantur et debeant ipsa alimenta
ipsi mulieri decernere, et dari facere pro alimentis
die qualibet octo den. pro quolibet centenario dotis suę
usque in ducentis lib. den., et ab inde supra pro quolibet
centenario pluris sex den. vel aliter prout ea legime p.
et tandiu d.a alimenta prestentur, quandiu steterit
maritus d.ę talis mulieris quod eam non reduxerit cum
effectu, et securitatem prestiterit quod eam non offendet
ultra quam deceat, et à iure permittatur. Si vero uxor
non habuerit, seu non haberet dotem, secundum facultatem
viri, sicut iudici videbitur, alimenta decernantur,
et decreta prestentur. Qui potestas, et cęteri officiales
quod se diviudant et decernant alimenta pred.a infra quindecim
dies postquam coram eis, vel altero ipsorum exponetur, vel que=
rela facta fuerit per ipsam mulierem, vel coniunctam
personam pro ea, vel eius nomine, et à tali decreto
et diffinitione non possit nec debeat appellari. Et idem
dicimus de viduis. Et si pred. Potestas et Cap.us et cons.
iudices et officiales in pred. fuerint negligentes et
non duxerint ad effectum in 25 lib. den. cor. pro qualibet
vice qualibet condemnetur quilibet pred.orum qui contra
fecerit, et nihil.s d.us Cap.us intendat ad executionem
premissorum statuto aliquo com. vel populi d. civitatis,
quod in contrarium loqueretur non obstante. Et quicquid
vel Cap.us fecerit in premissis valeat et teneat, et habeat
roboris

roboris, et firmitatem. Et hoc capitulum se extendat in qualibet parte sui. Et idem dicimus de viduis et mulieribus, que remanserunt vidue, et quibus dotes non fuerunt restitute, quibus officiales faciant alimenta dari et decerni quousque dotes et augmenta dotium eis fuerint integre restituta, et hoc locum habeat in presenti, preterito, et futuro. Item quod nulla persona possit nec debeat petere nec peti facere pro dote alicuius mulieris male conditionis et fame mortue, et que mulier sua culpa et defectu steterit, seu stetisset seorsum tempore sue mortis a viro suo. Et ad probandum quod talis mulier fuerit male fame predicte sufficiant probationes quinque testium de publica fama. Et quod si pater alicuius esset in necessitate, seu mater alicuius, ipse talis filius necessaria in victu et vestitu in formam sue facultatis et possibilitatis subministret, et potestas et ceteri alii officiales communis teneantur et debeant observare omnibus petentibus coram eis vel quorumque ipsorum, et quilibet possit petere nomine patris seu matris dicta alimenta sine libelli oblatione, summarie, et sine strepitu et figura iudicii, et sine salario aliquo solvendo, omni exceptione remota. 2

a. Ad quantitatem dotis intellige hoc sive dos consistat in pecunia, sive in re que dat fructus, quo casu quando dos consistit in re fructuosa, sive non solum dantur alimenta, sed etiam fructus percepti transcendentes alimenta prestita, Salic. in l. unica § exactio C. de rei uxor. act. Si vero consistat in pecunia non attenditur an maior sit interusurium quia duntaxat alimenta prestantur quantumque interusurium fuerit percepturum ut per Salic. in d. § exactio et per Socc. in l. divortio ff. solut. matrim.

b. Teneantur et debeant, intellige tamen ut non procedat quando mulier habet aliunde unde se alat, quod consideratur si ex aliis bonis habet ex quibus se alere potest, quia tunc non tenetur maritus prestare alimenta Bal. cons. 196. lib. 2. glos. in l. uni. § exactio C. de rei uxor. act.

Necc

Nec etiam intelligitur habere unde se alat quando ipsa id non habet, sed habet patrem divitem, quia non tenetur se ali facere à patre ut per Alex. in l. Divortio col. 2. ff. solut. matrim. quod not. pro viduis et heredibus mariti.

c. Si vero uxor. § Hoc non procederet in viduis, quibus infra annum heredes mariti dotem restituere non tenentur, sed alimenta prestare l. uni. § exactio C. de rei ux. act. quia in tantum prestare debent, in quantum fructus dotis ascendunt, unde si nulla esset dos, nulla alimenta prestare tenentur Alex. in l. Divortio ff. solut. matrim. ubi Jas. col. 6. et seq. vide ibi omnino.

d. Et idem dicimus. § Intellige tamen, ut vidua habere debeat alimenta per annum tantum post mortem mariti non ultra, quia imputet sibi, si postea dotem non exegit, ut per Doct. in l. Divortio ff. solut. matrim. que alimenta viduis prestanda quomodo prestari debeant et latè de materia vide per Doct. in l. Divortio, et per Ant. Gab. decis. 24.

e. Et hoc cap. § Verbum istud pretium quid importet vide Cepol. in cons. 14, post princ. in crim. Bal. in l. 2. C. de exec. rei iudic. Non tamen ex hoc verbo recitetur glos. et oppositio legis, sed hominis tantum Alex. cons. 19. lib. 6. post med.

f. An statutum hoc valeat vide Doct. in c. salubriter col. 2. de usur. Jas. in l. 1. C. de sum. trinit. in pr. et 2a lect. no. 30. per Roman. cons. 454. §

47. rub. De successionibus mulier. ab intestato.

Item statuimus[a] et ordinamus, quod nulla mulier[b] quae dotata[c] fuerit à patre, à matre, avo, vel proavo, avia, seu proavia, seu per verba de presenti desponsata legitimè, possit venire ad successionem ab intestato[e] patris, vel matris, avi, proavi, aviae, seu proaviae, donec supererit aliquis masculus natus ex legitimo matrimonio de linea et stirpe masculina descendens omnium supradictorum, vel alterius predictorum à quo dotata esset. + Nec etiam possit venire ad successionem descendentis, seu descendentium à predictis. Nec mater succedat filio suo, seu filiis superstite, seu superstitibus fratre, seu fratribus ipsius decedentis, vel nepotibus masculis ex eodem matrimonio, et ex eisdem parentibus procreato seu procreatis, seu patruo, vel patruis decedentis. Si vero dotata fuerit à fratre carnali seu

c. Vide Regul. Gratian. discept. for. tom. 1. cap. 15.

+ à quorumque dotata esset. Sin dotata per unum excludatur ab hereditate omnium, vel dotatis tantùm? vide Surd. cons. 100. n. 9

seu sorore carnali, seu à se ipsa, et per verba de
presenti desponsata, non possit venire ad successionem
ab intestato [2] fratris carnalis vel sororis ipsius mulieris
ex utroque parente coniunctorum superviuente alio
fratre carnali masculo ipsius decedentis, filio, vel
filijs ipsius fratris. Si vero à fratre seu amita dotata fuerit, et per verba de presenti desponsata, non possit venire ad successionem ab intestato ipsius dotantis fratris, vel filiorum ipsius, existente fratre dotantis filio, vel filijs ipsius fratris masculis tantum. Patruo
[3] A quocunque autem dotata fuerit predictorum, et per verba de presenti desponsata non possit venire ad successionem premissorum, seu predictorum, seu alicuius ipsorum, nisi modo et forma predictis. Et quod in casu quocunque quo secundum formam dicti capituli mulier dotata repelleretur ab intestato, si viveret a cuiuscunque successione repellantur etiam eius filij et filie et ab eadem descendentes. Et quod nulla mulier [3] dotata possit petere supplementum [4] legitime, sed suo legato contenta sit, et si qua peteret super ipsa petitione non debeat audiri.

Statutum istud dicitur iuris communis correctorium, et à regula eius exorbitantissimum Bossi cons. 50. col. 3. Franc. Curt. cons. 30. col. 6. et ob eam causam licitum est verba impropriare et restringere, dummodo aliquid operentur Corn. cons. 115. col. 3. lib. 2. Socin. iun. cons. 1. num. 45. lib. 1. ubi plenissime annotationi num. 16. et seq. vide omnino Rolan. cons. 55. lib. 1.

a. Statuimus quod Clericus et Monachus gaudet beneficio huius statuti, ut per Felin. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ col. 34. de constit. ubi et dec. num. 108.

Statutorum

Istud statutum catenus locum habet quatenus admissi succedant, ita ut si admissi non succedant d'mento, aliae feminae admittantur, non obstante quod aliae sint exclu: ex Rot. Decis. 43. n. 14. p. 7. Recen. ex aliquo impe:

b. Nulla mulier per statutum hoc habet locum in filia moniali, cuius pater tempore ingressus posuit centum super altari; vide Petr. de Ubald. in tract. de duob. fratrib. in 9a. par. nu. 5. ubi videtur tenere quod non, ut ibi per eam, vide Abb. in cons. 3. A

Idem intelligas si extaret filius etiam masculus istius mulieris, quia sicut mater excludebatur, ita filius eius Bar. in l. liberorum col. pen. ff. de verb. signif. Alex. in l. illam C. de collation. Aym. Cravet. cons. 22. lib. 1.

Statutum istud quod foeminae excludantur dicitur factum favore conservandae agnationis et familiae Marian. Socin. in cons. 30. Barbat. cons. 43. col. 3. lib. 1. cum sim. l. late alleg. per Socin. iun. in cons. 23. nu. 22. lib. 1. Magis com. est, ut solo favore agnatorum factum sit ut per Aliciat. in l. 1. ff. de verb. signif.

An hoc A statutum femi=
narum exclusivum com=
prehendat feminas
moniales effectas, vi=
de latè Conciol. allegat.
50, n.o 56, et seq.

\+ Freg. ... inferius, ubi latè ...

c. Dotata. Locum habet statutum istud etiam si tantum dos promissa fuit Ias. post Bal. in l. si plures C. de cond. inse. + Idem si in testamento a patre dos legata fuit Bar. in l. si ita scriptum §. si ita generos col. 3. ff. de cond. et demonstrat. Tiraq. in tract. de utroque retract. §. 1. gl. 9. nu. 38. ubi latissime, et istud verbum, dotata, significat ius, non autem nudum ministerium, ut per Bal. in l. neque mater filia in fi. C. de iur. dot. Dec. cons. 106. nu. 2. lib. 1. Alex. cons. 169. lib. 7. col. 2. et requiritur quod sit dotata tempore mortis eius, de cuius successione agitur, nec sufficit, si post dotetur Bar. cons. 31. Alex. cons. 126. in fi. lib. 6. cum simil. ut per Socin. iun. in cons. 2. nu. 5. et seq. lib. 1. et vide optimam declarationem Corn. cons. 123. col. 3. lib. 2. Socin. iun. d. cons. nu. 13. + Natt. in cons. 74. nu. 12. lib. 1. dicit quod ista statuta excludentia foeminas propter masculos procedunt, si masculi sint, vel esse possint heredes, secus si sint incapaces. vide ibi. # Adde etiam et vide omnino per Thesaur. in decis. 101. ubi habetur vera distinctio. + Adde Bal. novell. in 9. par. pri. nu. 9. ubi dicit com. opinionem esse quod filia dicatur dotata ad hoc ut excludatur, si pater ei dotem reliquit in testamento. Item quod filia, quae remansit vidua, et restituit dotem patri vigore stipulationis factae per patrem de restituendo dotem dicitur dotata, ut exclu=datur ex dispositione statuti. Sed quid si pater reliquit aliquid filiae in testamento, non tamen dixit pro dote, impo. l. quod autem ff. de iur. dot. an dicatur dotata? faciunt not. per Ias. in l. filiae legatorum C. de legat. per Bal. novell. in 9. par. pri. nu. 3. Sed quid si esset una ex filiabus non dotata, et aliae filiae dotatae, et aliquis masculus descendens ab aliquo ex praed. nominatis, quis succederet, et an etiam filiae dotatae admitterentur dicas ut in Corn. in cons. 70. in ver. transeamus lib. 3. Quid aut de filia, quae ingressa est mona=sterium, nunquid dicatur dotata, ut excludatur quando pater dedit aliquid pro dote, vel simpliciter, non idem est per l. quod autem ff. de iur. dot. tradit Bal. novell. in 9. par. pri. nu. 3. vide etiam per Abb. cons. 3. licet loquatur in alio statuto.

An hoc statutum proce=dat in dote confessata? dic quod sic in praeiud.m confitentis, et succes=soris univ. Tract. de credit. cap. 4. quesit. 11. n.o 1720. et seq.

Adde # Freg. XV. de. 126. n.o 21. ubi latè plures decis. cumulans.

\+ latè Brun. in tract. de stat. Mascul. art. 6. q. 16. n.o 266. et seqq. ubi bene examinat hanc mat.

d. Seu per verba. Pondera ista verba, quia videtur quod sat sit pro dispositione huius statuti quod sit desponsata legitime, quam considerationem in terminis ipsius statuti videtur habuisse Io: de Montesperell. in quodam suo cons. quod habetur manuscriptum, erit tamen ista filia competenter dotanda et non dicatur in isto statuto Bal. in l. fin. col. 2. C. de dot. promiss. Dec. cons. 190. col. 2. Cirocl. discept. 23. n. 37.

Remissive Cirocl. discept. 23. n. 35.

e. Ab intestato. An statutum istud habeat locum conditio testamento vide per Alex. in l. Gallus §. et quid si tantum nu. 16. ff. de lib. et posthum. ubi dicit quod instituti illi, qui ab intestato secundum formam huius statuti excludunt foeminas, locum habet statutum istud vide ibi et in locis alleg. per Paris. cons. 13. nu. 79. lib. 3. et per Corn. cons. 85. nu. 23. col. 3. et cons. 205. Adde ulterius magis clare, quod com. opinio est quod stante statuto praeexistentibus filiis

Quid si mater dotet filiam de bonis paternis ipsius filiae an ipsa dicatur exclusa vigore istius statuti? Dic quod non per tex. in l. potest ex provinciae ff. de manumiss. vindict. et in l. si res quas de iur. dot. Bal. in specie in l. neque mater ad fin. vers. Pone statutum n.o 9. C. de iur. dot. quem refert, et sequitur Gratian. discept. forens. 259. n.o 27. et duob. seqq. ubi n.o 26. limitat.

filij, vel agnati masculi, filia foemina ab intestato non succedat, facto testamento, in quo preterita sit filia, non rumpet filia preterita testamentum, et sic etiam condito testamento excluditur filia, de communi testatur Jas. in l. Gallus § et quid si tantum n°. 16. et ibi Alex. n°. 59. Alex. in cons. 47. Ang. cons. 123. Bal. cons. 329. et alij complures, quos allegat Brun. qui et ipse testatur de communi in tract. exclus. foem. art. 10. q. 4. et ib. dicit quod filia exclusa per statutum desinit esse sua q. 3. limitatur ista communis procedit quod filia dotata facto testamento preterita non rumpat qui in testamento instituti essent extranei Ang. in d. § et quid si tantum col. 3. et omnes fere moderni, et est communis sententia quod declarat Brun. in d. art. 10. n°. 52. quia isto casu potest dicere testamentum nullum. Dode Dec. in l. filia dotem in pr. C. de collat. Secundo limitatur quando statutum excludit temporaliter, prout est statutum nostrum, dum dicit, donec et quousque, quia deficientibus masculis filia dicit testamentum nullum Abbreviat. cons. 221. Bal. cons. 69. lib. 1. Capr. cons. 60. Brun. d. art. 10. n°. 67. et ista est communis opinio, quicquid Ruin. videatur tenere contrarium in d. § et quid si tantum, et rumpit hoc casu testamentum non prout ex tunc, sed prout ex nunc, effectusque est maximus, quia hoc modo heres fructus interim perceptos non tenetur restituere, sed potest uti suis, quod secus esset si prout ex tunc rumperet, de communi testatur Brun. ibid. et Ruin. in d. § et quid si tantum | Limitatur tertio, ut procedat quando statutum simpliciter excludit filias ab omni hereditate, secus autem si statutum reservaret aliquid foeminae sive filiae, et ista videtur communis opinio, ut explicat Mattheus et Fon. in l. sancimus C. de testam. Alber. in l. quoniam in prioribus C. de testam. Roman. et Alex. in l. si quis prior ff. ad Trebell. ubi videas. | Limitatur quarto, ut procedat quoad bona sita in territorio loci, in quo viget statutum, secus autem quoad bona sita extra territorium quia statutum ad illa non extenditur, et quoad illa potest dici statutum nullum ex quo statutum non porrigitur extra territorium Bar. et alij in l. cunctos populos de summ. trin. et fid. cathol. nisi forte et in illo territorio simile statutum extaret. Nec videtur obstare tex. in l. ius nostrum ff. de reg. iur. quod testator hoc casu decederet pro parte testatus, et pro parte intestatus, nam illa regula fallit ex dispositione legis, et sic statuti, sicut alias fallit in testamento militis l. si miles ita ff. de milit. testam. et adde quod tradit Hipp. in l. fin. n°. 194. ff. de iurisd. omn. iud. Hec et alia multa post Alex. et Jas. et alios novit. in d. § et quid si tantum, et alijs in locis, Videlicet Brun. in d. tract. art. 10. Surd. cons. 93. n°. 2. et 3. Trentia. decis. lib. 2. n°. 14

Donec § Per istud verbum apparet filiam temporaliter exclusa, et sic suspensam eius successionem, ut declarat Bar. in l. fin. in 1. quest. ff. ad Tercull. et sequuntur omnes Doct. ut per Socin. in cons. 92. col. 10. et latissime Socin. iun. cons. 1. lib. 1. Alias sine isto verbo etsi semper excluderentur foeminae, stantibus masculis, perpetuo dicerentur exclusae quicquid de masculis postea sequeretur Bar. in d. l. fin. ff. ad Tercull. Soc. cons. 50. lib. 3. et cons. 114. col. 2. lib. 4. Corn. cons. 7. col. 5. lib. 2. Dec. cons. 075. col. 1. et cons. 200. col. 2. Afflict. in decis. 159. Vide etiam Dec. in l. ex testamento C. de collation.

Descendentes § Verba ista licet generalia sint intelliguntur tamen de descendentibus, de quorum hereditate agitur, ita dicit Corn. in cons. 10. col. 3. lib. 3. et cons. 37. lib. 3.

Natus ex legitimo matrimonio § Sed an istud statutum habeat locum in legitimatis per subsequens matrimonium, vide per Rolan. in cons. 100. vol. 2. n°. 44. ubi tenet quod non

Nec mater succedat § Per istud statutum intelligitur mater exclusa a legitima, quae illi deberetur in bonis filij, ut late per Dec. in cons. 299. col. 2. Cephal. cons. 5. n°. 26. Bald. cons. 53. n°. 35. lib. 1. Utrum si moriatur filius superstitibus sorore carnali, et patruo, excludatur mater, vigore istius statuti. Vide Aldobrand. cons. 100. per tot. lib. 1. quae quaestio pulchra est. Rot. decis. 43. p. 7. divers. per tot. Alex. cons. 17. n°. 10. lib. 2. Brun. in tract. Quod stat. [illegible]

Hond. cons. 613. n°. 90 lib. 2. ubi quod exclusio procedit ab intestato, secus ex testamento; quia si pater fecit testamentum et aliquid in eo filiabus reliquit, masculis institutis; istis demum mortuis non redintegrantur foeminae et dicit ita firmasse Rot. coram Pict. d. 122. lib. 2.

† contrarium, quod subiicit foemina exclusa vigore istius statuti sit perpetuo exclusa non autem temporaliter, voluit Bart. sibi contrarius in cons. 20. col. 1. per tex. in l. Imperatores ff. de manum. testa. refert et sequitur Socin. cons. 63. 2. col. penult. vol. 3. ubi quod ita consuluerunt collegium Paduanum, et Senense et quod ita senserunt etiam doctissimi viri. Sed oppositum in terminis huius statuti tenet [illegible] d. 319. n°. 4. lib. 3. #

Nec Mater § limitatur non habere locum nisi in bonis patris non autem in aliunde provenientibus filio de [illegible] n°. 3. Rot. d. p. 670 4. [illegible] 1. et 195. n°. 14 [illegible] tom. [illegible] [illegible]

Statutorum

Mulieres, uigore istius statuti amictunt hereditatem et dicuntur extraneæ, nec possunt petere legitimam, seu eius supplementum. Gratian. discept. 579. nº 30. dummodo non adsit magnus excessus, quo casu esset locus supplementi. Gratian. discept. 905. nº 19.

l. Fratre ipsius §. Non habet locum in fratre patruelis. Alex. cons. 91. nº 17. lib. 6. et intelligerem de fratre consanguineo ipsius decedentis non autem uterino per ea, quæ not. Bal. in cons. 229. lib. 2. in uer. statuto ciuitatis, et cons. 59. in fin. lib. 4. Ang. cons. 119. circa med. Alex. in l. ex facto in prin. col. 12. ff. de uulg. et pupill. Socin. iun. in cons. 1. nº 50. et 51. lib. 1.

m. Patruo, seu patruis §. Non tamen ex hoc intelligeretur exclusa mater, stante patruo magno. Bal. Ang. Alex. et alij in l. 1. C. de suiss. edict. Marian. Socin. sen. in cons. 30. col. 7. et ibi cum simil. ut per Dec. cons. 297. col. 4. et cons. 309. col. 4. uers. præterea, Socin. iun. cons. 1. nº 16. lib. 1. Item non excluditur stante patruo, qui patri uterinus est, quia statutum intelligitur de patruo qui sit agnatus. Bal. cons. 219. statuto ciuitatis lib. 2. Socin. iun. cons. 1. nº 50. lib. 1. Et not. quod istud statutum non haberet locum in hereditate clerici, ut per Dec. in c. ecclesia S. Mariæ de constit. nº 219. Non tamen excluderetur mater propter filios patrui. Socin. cons. 9. uiso statuto lib. 3. Item not. ibidem, seu patruo, si quod si superesset mater, patruus, et soror, defuncti, tunc succederent mater et soror exclusa patruo, idem uolo Alex. post multa alleg. cons. 144. nº 4. lib. 6. Alex. cons. 17. in fi. lib. 2. Corn. cons. 191. col. 4. lib. 4. Socin. iun. cons. 4. nº 12. lib. 1. + Sed quid si extarent mater et patruus decedentis, et eius frater uno tantum latere iunctus. Paul. de Castr. in l. illam C. de collat. dicit quod isto casu patruus admitteretur exclusis matre et fratre præd. quam opinionem sequitur Dec. cons. 507. col. 1. in fi. et seq. et ibi refert concordantes reprobans Alex. qui in d. l. illam reprobat Paul. An autem mater a filijs patrui? uide Paul. de Castr. in cons. 440. quem refert Socin. cons. 9. col. 2. lib. 3. Brun. art. xij. q. 2. 15. 216. Vide etiam sine mat. Rond. cons. 1. et cons. 13. lib. 1. Cirocch. discept. 315. et 39.

An autem mater ab huiusmodi statuto excludi debeat etiam respectu legitimæ et quatenus sit, uide Gratian. discept. 445. per tot. ubi habetur decisio Rot. de qua loquitur Bubulo

+ Aldobrand. cons. 100. per tot. Rot. lib. 1. Rot. decis. 45. par. 7. diuers. per tot. et relati per Surd. cons. 100. sub num. 5. uers. postremo et nº 6. et 7.

n. Ab intestato §. Istud statutum an uendicet sibi locum in pupillo qui testari non potest, an uideatur decessisse ab intestato, et ita locum habere possit in tali forma istud statutum, dicas secundum aliquos quod non. Bal. cons. 12. uers. casus talis est, et cons. 141. et cons. 475. sequendo eundem in 3ª par. Alex. cons. 115. circa dubitationem lib. 2. Communis tamen opinio est in contrarium stantibus maximè uerbis huius statuti: ab intestato, quia uerificatur etiam in pupillo. Iul. in cons. 40. in fin. Socin. cons. 35. lib. 3. et cons. 91. 3ª et 4ª col. lib. 4. Barbat. cons. 67. Iul. Alex. et Corn. in l. generaliter C. de instit. et substit. cum simil. alleg. per Socin. iun. cons. 3. nº 25. lib. 1. et ibi per eum latissimè, ubi uideas. Dec. cons. 466. et per eundem in cons. 567. et Socin. iun. cons. 23. in 1. 2. et 3. col. lib. 1.

O. quid si post mortem unius filij superessent alij fratres et cum eis Mater? uide Surd. cons. 100. nº 6. et 7.

o. Filio uel filijs §. Idem intelligerem quando superessent nepotes ex fratre per ea, quæ consuluit Socin. iun. in cons. 19. lib. 1. uers. in præsenti consultatione.

p. Et quod nulla mulier §. Istud statutum licet prohibeat petere legitimam, tamen est ualidum, quia potuisset etiam illam tollere, et licet ista uerba non affuissent, nihilominus legitimam petere non potuisset filia dotata, ut per Bal. in auth. hoc amplius q. 30.

5 Agnomus autem dotata § utrum ista clausula referatur ad omnes casus huius statuti, nec ne, viden. Gratian. discept. foren. 795. nº. 101. et seqq. Greg. decis. 297. nº. 9. et d. 434. nº. 9.

q. 39. C. de fideicom. Corn. cons. 210. col. 4. lib. 1. et cons. 150. n. 3. col. lib. 2. ut per Socin. iun. in cons. 25. nº. 9. lib. 1. et nº. 24. cum seq. lim. tamen ut non procedat, quando stantibus ex natis seu filijs masculis exheredatis, extranei essent instituti; tunc enim filia femina consequetur supplementum legitimae, Alex. cons. 69. in princ. lib. 1.

1. Possit petere supplementum § Non tamen ex hoc statuto prohibetur retinere legitimam, si eam in manibus haberet, licet petere non posset, Bened. Caps. cons. 19. col. ult. Dec. cons. 257. col. 2. in fin. et seq. Socin. iun. cons. 1. nº. 21. lib. 1. Adde quod absque statuto censeretur exclusa a legitima a legitima et supplemento legitimae Caps. cons. 34. nº. 2. lib. 1. et de huius statuto Eugubij mentionem facit Brun. art. 12. nº. 293. fol. 110. ubi multa ad illius declarationem Gratian. discept. 579. nº. 30

v. Ad ius legati § Huiusmodi statuta disponentia, quod filia sit contenta dote sibi a patre constituta, ideo emanant, quia confidunt de paterna affectione et providentia in filias,† ut per Alex. in cons. 121. lib. 7. et Socin. iun. in cons. 9. nº. 35. lib. 2. Et per ista verba, sua dote contenta, prohibetur etiam petere supplementum legitimae seu congruae dotis, licet possit petere supplementum alimentorum, late Brun. in d. tract. quod stantibus masculis 9. art. prin. col. 24. Socin. in cons. Rot. d. 195. nº. 5. p. 2. recent. Adverte tamen quod si filia sit enormissime seu enormiter lesa, potest non obstantibus d. verbis petere supplementum legitimae dotis, seu legitimae, ut tradit Caps. post ex quo allegat in cons. 95. nº. 20. et cons. 137. nº. 67. lib. 1. Soc. Caps. cons. 191. nº. 50. lib. 1. per Gallian. in repet. § et quid si tantum nº. 52. ff. de liber. et posthum. inst. gallus. Gratia d.ae discept. 1449 nº. 13. ubi vide multa ad materiam

† l. nec in ea 22. in fin. et ibi glos. in v.º liberos, de adult. l. fin. in princ. in v.º quin nullis affectus, ubi glos. in v.º paternum. C. de curat. furios. Gratia. discept. 1449. nº. 2. cum ibi relatis

44.ta Rub. De mulieribus decedentibus ab intestato et quarta parte dotis applicanda marito.

Quia statuta quamplurima pro temporibus retroactis in civitate Eugubij novimus fuisse facta de incerta materia, ipsaque statuta in ipsa civitate viguisse, et roboris firmitatem habuisse plenissima, et maxime in statuto civitatis inter cetera facto anno 1414. scripto manu S. Gerardi notarij posito in rub. de testam. et sub anno Dni 1309. manu Dani [illegible] notarij

Pro isto stat. vide Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 45.

quod statutum hodie viget, et locum habet in civitate pred.a
et inter pred.ti temporis intervalla, per quorundam malignantium
occupationem, malitiam atq. detractionem, appellaretur et
de pluribus statutis de d.a materia factis tam populi quam
cois, ipsa statuta facta negeant a quolibet reinveniri
propter quod malignati quamplurimi damna plurima in-
currant. Volentes huic morbo salubrem opponere me-
dicinam, et ne aliqui damna aliqua incurrere valeant
sive possint, quia a iure alienum esse reperimus, ut al-
terius culpa aliquis aggravetur, hoc presenti statuto,
statuimus atq. firmamus, quod si aliqua mulier, quae
habuerit, seu habuisset tempore sui obitus maritum,
quae decessisset, seu decederet in futurum intestata sine
legitimis filiis ex d.o matrimonio, et ex ipsa natis,
quod quarta pars dotis ipsius, seu illius mulieris talis
quae sic decessit hucusq., seu quae decesserit in futurum
cedat ei in lucrum maritum, et omni auctoritate presentis
capituli applicetur pleno iure, capitulo aliquo quod in
contrarium loqueretur non obstante, et quod instrum
dotale, aut confessionis factae dotis per ipsum maritum
vel alium pro eo ipsius talis mulieris, quae sic decessisset
seu decesserit in futurum non possit aliquo modo executioni
mandari contra d.m eius maritum vel bona ipsius
ad petitionem alicuius super d.a quarta parte dotis,
et petens ipsum instrum executioni mandari non audiatur
in iure super d.a quarta parte dotis. Et pred.a locum
habeant

habeant, et teneant, et valeant in presenti, preterito, et futuro 1314. et citra, et per ipsum tempus, et etiam in futuro, et predicta plene valeant, et teneant, et locum habeant in quolibet casu predicto. nisi quod per predicta volumus quod prescripta et finita per sententiam alicuius iudicis com. Justinie, vel per arbitros assumptos, vel per quietationem factam de dicta quarta possint quoquomodo retractari. Et quod si ob subtractionem alicuius statuti aliquis fuisset damnificatus tempore preterito, ante presentis casus, sit in pristinum statum, et quod nihil. quis predictus habebat privilegii possit aliquibus non obstantibus. 6

a. Statuimus, et ordinamus quod si aliqua mulier Justinatensis nuberet forensi, et decederet ab intestato sine filiis, quod non attenderetur istud statutum, sed statuti loci mariti, ut per Corn. cons. 109. et cons. 93. Abb. in c. 1. de sponsal. Alex. cons. 101. super eo lib. 3. cum simil. et late per Socin. iun. cons. 14. per tot. lib. 1. Non procederet tamen istud quando maritus staret in domicilio uxoris, ut per Dec. cons. 297. in secundo dubio. Verum si maritus mutavit domicilium post matrimonium contractum inspicitur locus domicilii in quo matrimonium contraxit, et in quo habitabat tempore contracti matrimonii Abb. in c. 1. in fi. de sponsal. Crem. sing. 67. Alin. in d. c. 1. col. ult. vers. Ex a conclusio. vide omnino Jas. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. n° 60. cum pluribus seq. Quid si bona subiecta fideicommisso fuerint data in dotem, an in eis habeat locum statutum, vide per Rolan. de valle dot. q. 57. n° 7. et 19. Quid si mulier, que habebat alia bona, dedit in bona fideicommisso subiecta in dotem an tale statutum habeat locum vide per Gravett. in cons. 106. n° 17.
Decesserit sine filiis. An habeat locum tale statutum, si decesserit uxor, et postea maritus antequam dotem exigeret, queritur an transmittat commodum dotis ad heredes, dicas quod sic Cott. in memor. in ver. statuto mediolanensi fol. 799. tenet Bar. in l. si arrogator ff. de adopt. cum concordantiis.
b. Decessisset, seu presentem esset, si maritus et uxor simul morerentur, quia nihil locum habet statuti istud Bal. in l. si possessor § si cons. ff. de reg. et Jung. fin. Cremen. sing. 52.
c. Sine legitimis filiis. Sed quid si cum filiis decedat, et illos heredes nisi in legitima non instituat, an maritus lucretur quartam partem dotis saltem ex mente statuti, dicas quod non, etiam si statutum nostrum loqueretur etiam uxore decedente in testamento prout non loquitur, ut late concludit Socin. iun. in cons. 27. per tot. lib. 1. Dd. et idem intelligas stantibus negotiis Roman. cons. 129. Bar. cons. 133. Dec. cons. 353.

d. Ex dicto matrimonio § ex his verbis colligo quod licet ista mulier fuerit alteri nupta et habuerit filios, si postea alteri nubat et decedat superstite secundo marito in quo tamen secundo matrimonio filios non habuerit, quod etiam isto casu maritus lucratur quartam partem dotis etiam non attenta dispositione l. hac edictali C. de secun. nupt. per ea, quae not. Roman. in cons. 44. ex 2° narrato in 3° dubio, et hoc per ista verba, quia alias requiritur servanda est dispositio l. hac edictali C. de secund. nupt. ubi Bar. in princ. et per Dec. late in cons. 19. in 2° dubio et in auth. praeterea n° 7. C. unde vir et ux. cum simil. Dec. in cons. 195. in princ. et cons. 293. et cons. 293. 1. et 2. col. vide tamen Bal. in l. ea lege col. 3. C. de cond. ob cam. et in cons. 115. lib. 4. Anchar. cons. 390. Soz. cons. 52. Gratia plures cumulans, discept. 300. n° 25. et segg. reprobata opinione Bald. et sequacium Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 46. n. 21.

e. Matrimonio § intellige etiam si tale matrimonium momento duraverit, Bal. in l. non tantum C. de legat. ubi Jas. oppugnat, Dec. tamen in cons. 577. sequitur opinionem Bal. et idem Dec. cons. 622.

f. Dotis ipsius § Adde quod statutum istud stricte intelligitur, ut maritus lucretur quartam partem dotis tantum, et non aliorum bonorum uxoris, ut per Soc. iun. in cons. 93. col. 2. in princ. lib. 1. et per Hym. Cravet. cons. 149. col. 2. in tertia coniectura lib. 1. ubi vide. Quod tamen statutum procedit etiam in aliis bonis datis in supplementum dotis, ut in iocalibus et arredis, ut dicitur, vide per Rolan. in tract. de lucro dotis q. 50. per tot. Sed an istud statutum vendicet ~~Maritus~~ locum in dote praesumpta, quando mulier, vel alius pro ea promiserit bona sua simpliciter, an praesumatur dos constituta, ita ut maritus lucretur quartam, dicas quod sic, ut per Rolan. in tract. de lucro dotis q. 75. n° 19. et 20. ubi testatur de communi opinione. Vide etiam per Rolan. in tract. de lucr. dot. in 20. q. n° 41. Procedit istud statutum etiam in dote promissa licet non tradita. Greg. dec. 5. n° 1. et Add. ibid. n° 11 dec. 21. n° 1. dec. 204. n° 22 in quibus locis pluribus ampliatur.

g. Maritus § An si uxor decedat vivo patre mariti, qui onera sustinuit, pater ipse lucretur partem dotis, et sic patre mortuo talis quarta pars dotis non sit praecipua ipsius mariti, sed communicanda sit cum fratribus, vide latiss. per Dec. cons. 67. per tot.

h. Applicetur § Potest tamen maritus etiam constante matrimonio tale lucrum remittere Dec. cons. 260. col. 2. dicitur tamen donatio, et ad eius validitatem requiritur insinuatio Dec. cons. 402. col. 2. vers. ex hoc. Sed an istud statutum habeat locum in dote promissa # vide latissime per Rolan. in tract. de lucro dotis q. 6. ubi dicitur quod secundum magis communem opinionem istud statutum non habet locum, nisi tamen ex communi usu loquendi dos promissa diceretur data, vide ibi. + Quid si fuerit tantum per verba de praesenti desponsata, sed matrimonium non fuerit carnali copula consummatum an locum habeat istud statutum, vide per Felin. in c. ex tenore de praesumpt. et per Dec. cons. 547. col. fin. ubi dicunt communiter teneri quod non, vide per Paris. in cons. 62. col. 2. et seq. lib. 4. ubi late et per Ripp. in rub. ff. sol. matrim. n° 66. Dec. cons. 225. lib. 2. quae tamen opinio non videtur procedere quando mulier esset ducta ad domum viri, quia habetur pro consummata et copulata Hipp. de Marsil. sing. 106. ubi vide. Vide tamen Natt. in cons. 282. lib. 2. et praeterea

+ Surd. cons. 45. n° 16. et segg. et late ad hanc nostram materiam.

Contrarium quod immo habeat locum etiam in dote promissa, firmant Rota coram Greg. XV. dec. 21. per tot. Beltram. in addit. ad Greg. decis. 5. n° 11. ubi plures Rot. decis. allegat, et loquitur in duriori bus terminis, putasis statutum utereturque verbo (remaneat) et etiam loqueretur de dote data.

presertim n°. 14. et n°. 1. ubi dicit contrariam opinionem esse magis comunem. Quid in ea, que ingressa est monasterium et sic civiliter mortua, vide per eundem Natt. in d. cons. 292. lib. 2.

L. Quarta parte ꝑ quod etiam locum habet licet maritus promiserit simpliciter dotem restituere soluto matrimonio, quia nihil quartam istam lucrabitur Alex. in l. post dotem in fi. ff. solut. matrim. Dec. cons. 195. col. 1. nisi maritus promiserit restituere totam seu integram dotem, ut per Alex. in d. l. post dotem, et cons. 5. col. fin. lib. 3. Dec. cons. 195. col. 2. ubi late, Hipp. sing. 607. Contrariam tn̄ opinionem tenet Natt. in cons. 103. lib. 1. col. fin. ubi etiam ponit alios casus, quando maritus teneatur restituere totam dotem n°. 9. vide tn̄ ibi ꝑ tot. Promittens restituere totā et integrā dotē n° Deharlis 4m Consil. 2a. lib. 46. n. fin.

45a. rub. Quod bona data pro dote alicuius mulieris admittantur.

Item dicimus et ordinamus, quod si aliqua mulier bona viri, vel alterius persone pro dote sua habuerit obligata, et noluerit mariti creditoribus respondere, sive de credito satisfacere, que haberet, vel cui obligata essent bona viri, habeat ipsa mulier de bonis sibi obligatis tantum quantum capit summa sue dotis, et devolvetur examinationi duorum proximorum amicorum d. ~~cont.~~ contrade in qua bona iacent, que ab ipsa muliere et creditoribus eligantur, alioquin per curiam seu per Judicem, coram quo esset questio, et quicquid ipsi mulieri modo pred. fuerit adiudicatum habeat et teneat ipsa mulier, et non plus, et superfluum pro debito viri creditori, vel creditoribus ad ipsorum petitionem admittere teneatur. Et si aliquis creditor, vel creditores ipsius mulieris voluerit dote sua integre satisfacere in pecunia numerata, vel aliqua re, de qua concordaverint inter se, seu quod ipsa mulier teneatur bona sua vel alterius sibi obligata admittere ipsis creditoribus, seu creditori viri ipsius mulieris, et pecuniam recipere, vel aliam rem, de qua concordaverint inter se. Et predicta intelligantur eo casu, quo ipsa mulier potior esset in iure.

46.a rub. De quod datum fuerit in augumentum dotis alicuius mulieris valeat.

Item dicimus et ordinamus quod si aliqua mulier instante matrimonio aliquid dederit alicui in augumentum dotis viro suo, quod talis datio valeat et teneat non obstante quod si vir non dabit uxori tantum, quantum maritus recipit in augumentum dotis ab uxore sua, et hoc valeat in presenti, preterito, et futuro. +

47.a rub. De alienarum litium redemptoribus.

Item cum litium redemptoribus, in quibus effrenata cupiditas et avaritia, et inhonestas, que cunctorum malorum est mater, et radix existit, mandamus, et presenti lege sancimus, quod nullus advocatus, procurator, seu notarius, et quevis alia persona de civitate Fulginia, vel eius districtu, clericus, vel laicus alienarum litium redemptores existant per se, vel per alium, nec requirant ab aliquo, seu aliquibus creditoribus, mare, vel muliere, capitulo, vel collegio, ac etiam creditoribus universitate, iurium cessionem contra aliquem Fulginatem, et si receperit non valeat quoquomodo, sed ipso presentis ordinamenti potestate cassa sint, et vana, et nullius valoris. Et quod Iudex et officiales communis Fulginei non audiant aliquos de predictis vigore dictorum iurium, et cessionum. Et qui contrafecerit, si advocatus fuerit, sive procurator ab officio advocationis suspendatur per annum, et si alie persone in centum lib. den. communis Fulginei condemnetur. 2

48. rub. De

40.ª rub. De donationibus non faciendis.

Item dicimus et ordinamus, quod nulla donatio in futurum fieri possit à 25 lib. supra, nisi fiat in presentia Potestatis, vel Iudicis, et trium consanguineorum proximiorum illius, qui donationem fecerit, et si aliter fieret presupponatur fictitiè facta, et non valeat ipso iure. Et hoc capitulum bandiatur, ut non possit ab aliqua parte in iudicio pretendi de presenti. Et ad omnem dubitationem removendam statuimus et declaramus quod hoc statutum debeat intelligi de donationibus factis inter vivos, et non causa mortis, quae donationes causa mortis factis, preteritis, et futuris valeant absque dicta solemnitate, cum ista sit intentio condentium hoc statutum. 4.

De solemnitatibus vide Rot. decis. 200. coram Pichio. Manent. decis. 7. decis. 13. et 14 totas.

An in extantibus consanguineis seu nolentibus accedere fiat in aliis vide Rot. decis. 713. et Rot. p. 2. recent. ubi etiam agitur de impeditis.

a. Nulla donatio etc. sed quid si tale statutum per decennium non fuerit in usu receptum et contra tale statutum fuerint actus contrarii continuo facti; vide per Alex. in l. si quando C. unde vi, et per Crusat. cons. 271. lib. 2. n.º 22. An ista solemnitas per decennium presumatur vide per Alex. in l. qui in aliena, et ibi in add. n.º 9. ff. de acquir. hered.

Si donatio facta fuerit in loco non subiecto dit.mo statuentium, servatis solemnitatibus loci contractus tantum an valeat. Vide Card. de Conciol. Alleg. 38. n. 15 et seqq. ubi ex Rot. Rom. et aliis, quos congerit, pro affirmat. concludit.

b. fictitiè facta etc. quid si in donatione adsit iuramentum, vide Bar. in l. omnes populi 2.º et 3.º quest. pat. in fi. ff. de iust. et iur. Corn. cons. 136. vol. 1. et cons. 121. vol. 2. Bellon. cons. 48. n.º 4. Curt. iun. cons. 110. n.º 5. Iac. Phil. Port. comm. opin. fol. 627. vers. preterea, vide etiam per Thesaur. in decis. 66. ubi dicit quod iuramentum supplet omnem solemnitatem, et ibi testatur de magis com. Adde etiam quod istud statutum non vendicat sibi locum in donatione iurata per Alex. in cons. 4. et 12. et cons. 93. in fin. lib. 1. per Ias. in auth. sacramenta puberum C. si advers. vendit. per Hig. in tit. de revocan. donat. respon. 2. ubi testatur de com. et dicit istam opinionem iam esse canonizatam. Vide Aslan. in cons. 99. lib. 4. n.º 45.

Utrum, si filius donat matri, et adstantibus proximioribus ex latere ipsius matris, an valeat donatio, vide Gratian. discept. foren. cap. 761. n.º 1.

An donatio facta contra formam istius statuti firmetur morte donantis, vide Gratian. discept. 693. n.º 6. et seqq.

An istud stat.um habeat locum in donat.ne presumpta, vide Gratian. ibid. n.º 15. et discept. 409. n.º 21.

Contrarium quod scilicet nec donatio iurata carens istis solemnitatibus valeat, in puncto huius statuti, firmavit Rot. coram Mantanedo dec. 293. tom. 2. p.te 4. rec. idem dixit Rot.

41.ª rub. De iis, qui habent instrumentum omnium bonorum, vel maioris partis.

Item cupientes veritatem fictionibus prevalere, hoc statuto firmamus et ordinamus, quod si quis habuerit instrumentum

An habeat locum in donat.one tacita nec reducta in scriptis vide Conciol. Alleg. 27. n.º 37.

post pers. ad Stat. Urb. c. 146. et 149. Ridolph. in praxi iud. p.te 1. cap. 17 n.º 204. et seq. Vide Catan. cons. 45. n. 3. n. 20. et 693. et n. 24 in 293.

An si quis post donationem remaneat in possessione rei donatae ratione usufructus comprehendatur sub dispositione huius statuti, vide Cravett. cons. 1113 n. 11 et aliis seqq.

omnium bonorum alicuius, sub quocunque titulo factum, et post ipsum instrumentum alienationis, alienans remanserit in possessione usque ad mortem suam, sive per plures annos, quod ipsum instrumentum presumatur fictum et simulatum, nisi fuerit factum cum presentia socii, vel alicuius iudicis, vel ipsius trium consanguineorum proximiorum. Et si fuerit venditio, nisi probetur de vera solutione per ipsos consanguineos, si vixerint. Et idem volumus observari in re singulari alienata, si alienans remanserit in possessione per quinque annos, non obstante quod alienans constituerit se nomine eius precario possidere. Nec sufficiat ementi vel recipienti allegare et probare quod alienans constituit se nomine recipientis precario possidere. In venditione tamen rei singularis non requiratur solemnitas predicta de requisitione et presentia socii, iudicis, vel consanguineorum. 2

50a Rub. De debito non petito infra decem annos.

Item dicimus et ordinamus, quod si aliquis habet aliquod instrumentum de pecunia numerata vel numeranda, et illud debitum vel pecuniam creditor non petierit a debitore, vel fideiussore, sive ab illo qui esset cum fideiussore insolidum obligatus infra decem annos post completum tempus, sive terminum in instrumento contentum, * nisi pignus haberet obligatum, datum, vel traditum, sive appareret in instrumento, vel nisi fuerit minor, vel mentecaptus, vel non habens

Hoc statutum est validum Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 38 n. 4.

Contra praescriptionem huius statuti datur restitutio ex capite probabilis ignorantiae, si ignorantia sit ex omni parte probabilis Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2 Rubr. 38 n. 30 et 31 et seq.

* Appellatione pignoris an veniat hypotheca praescriptionem Merlin. de Pign. lib. 1 q. 3 n. 15 et seqq. tot. Rot. dec. 1 179 n. 11 p. 9 Ricc. Dec. 627 n. 30 et Dec. 629 n. 5 et seqq.

Liber secundus.

habens tutorem, uel curatorem generalem, uel absens non habens procuratorem, ex tunc non audiatur, etsi debitum petitum non sit non obstante, sed quicunq. voluerit uti aliquo instro in civilibus ipsum instrum ostendere debeat debitori coram Iudice, salvo quod patri contra filium, fratri contra fratrem, patruo contra nepotem carnalem matri contra filium, et e converso usq. in tertium gradum non currat tempus infra quindecim annos à die celebrati contractus, et à d.to tempore quindecim annor. ultra non audiatur, exceptis instris dotium, in quib. A habeat locum ius commune. Relicta tamen facta religiosis B non obstante pnti capitulo possint exigi atq. peti. Et si aliqua persona habuit instrum debiti cuiuscunq. quantitatis, quod excesserit dictum tempus s.m distinctionem temporum et personar. predictar., et voluerit deferre iuramentum debitori suo, uel eius heredi, qd voluerit se credere et stare si satisfactum est de ipso debito ipsi creditori uel heredi, et iuraverit reus absolvatur, et si confitebitur debitum cogatur ad solutionem faciendam. * Si vero iurare noluerit debitor, uel eius heredes ipsum debitum creditor et eius heredes petere possint et exigere, non obstante prescriptione pred.a ipsius debiti. In futuris vero debitis, ubi non est adiecta conditio existens, uel rei existentis ubi esset in diem incipiat currere tempus à die celebrati contractus, nisi petitum fuerit

A An hoc statutum habeat locum in fructibus dotis vide Conciol. ad Stat. Eugubin. lib. 2. Rubr. 30. n. 24. usq. seqq.

B An hoc statutum habeat locum pro Clericis, et contra clericos Vide Conciol. ad Stat. Eugubin. lib. 2. Rubr. 30. n. 2. et 3.

Ad materiam huius statuti vide Conciol. alleg. [illegible]

et in 3.tio vide Cirocc. discept. 16. n. 4 et seqq.

* An hoc statutum habeat locum contra Clericum dic quod n., si tamen uti vellet posset Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 30. n. 7.

Istud statutum non procedit in debito iurato latè defendit Marescott. d.° cap. 61. n.° 131. et pluribus seqq. et respondet contrarijs.

Istud statutum non procedit in actione, quae competit pro supplem.to legitimae. Rot. coram Greg. XV. decis. 409. n.° 15. et ibi Adden. n.° 26.

Item nec adversus Pupillos etiam si praescriptio incaeperit in vita illius, qui contraxit. Rot. in Rom.a de Magdalenis 9. Junij 1607. coram Card. Blanchett. et in Rom.a Censuum de Sforzellis 9. Februarij eiusdem anni, coram Dipsio, et post relatos. Maresc. var. resol. d. cap. 61. sub n.° 24. vers. sed praemissis et n.° 25. et 26.

intra decem annos coram Iudice competente. In condi=
tionalibus autem incipiat currere tempus a die conditionis
in antea. Et praed.a valeant in praesenti, praeterito, et futuro. 6

It. non procedit contra ignorantem Marescott. ibid. n.° 37. vers.° quinto hoc statutum. Vide tamen ibid. n.° 38. 39. et 40.

a. An autem istud statutum valeat; videtur quod sic, ut per Bar. in l. nemo potest n.° 22. ff. de leg. 1. Jas. in § superest instit. de action. n.° 101. ubi allegat plures. ita tenenda in c. porro quatuor ppp. feud. sive alien. Communis tamen opinio est in contrarium, ut testatur Alex. in d. l. nemo potest n.° 116. ubi plures allegat concord. quia esset peccati nutritivum, et ista opinio absque dubio vera est in debito iurato, ubi autem non adest iuramentum, sunt opiniones hinc inde. Vide praeter allegatos per Ang. in l. 1. C. de iudic. per Roct. in l. omnes populi ff. de iust. et iur. Alex. cons. 195. 2. par. Castr. cons. 184. per Jac. Fil. Bore. in suis comm. opin. conclus. 45. lib. 3. ubi latè. Advertas tamen quia istud statutum cum sit odiosum non habet locum quando agitur actione reali, ut tenet Ang. Aret. in § omnium autem instit. de action. n.° 11. vide etiam Seraph. Vaet. di Maff. pr. tom. 1. c. 52. n.° 9. ~~Marescott~~ var. resolut. lib. 2. cap. 61. n.° 27. 28. et 29. A

Alios limitationes huius statuti ponit Marescott. ibid. qui videri possunt.

Item non procedit adversus aliquem debitorem, qui causam vel alia habet de bonis debitoris tantundem vel plus in manibus quod sibi debetur, et bene per Ancharan. cons. 5. n.° 5. vers. Istud est. quod pulchrè dub. et seqq. Moned. decis. 13. de praescript. et alias Rot. in Anconit. 1. februarij 1606. coram Litta. quae refert Marescott. d.° cap. 61. n.° 30.

Non procedit in mala fide Gratian. discept. foren. 994. n.° 4. et 6. Seraph. decis. 632.

§ 1. Rub. De rebus Mobilibus datis in tenutam
qualiter vendantur.

It. non procedit contra fideiussorem qui iam solvit, et cui fuerunt cessiones actionum, etiam cessionem debitori non intimata. Marchesan. de commiss. p. 1 cap.° 16. n.° 105. ubi extendit ad quemlibet alium pro 3.° solventem.

Item statuimus et ordinamus, quod res mobiles in tenutam
datae, sive contumaciter, sive diffinitive teneantur
per creditores per unum mensem, et elapso mense li=
ceat ei vendere, dummodo protestetur, vel denunciet
debitori suo personaliter vel ad domum audientibus vicinis,
ut ipsas res recolligat, et post ipsam protestationem
per tres dies expectet debitorem, et postea subhastentur
et plus offerenti dentur, et iustum debiti cum expensis
creditor penes se retineat, et superfluum restituat
debitori, et si quid defuerit, integra sibi remaneat
actio repetendi, et iudex teneatur de alijs bonis debitoris
facere adimplere. Et illud idem dicimus de pignoribus
conditionalibus, salvis pactis factis inter contrahentes.
Et hoc locum habeat inter cives nostros solventes datia
et colle=

A Adde Concil. ad Stat. Eugubin. lib. 2. rubr. 30. n. 15. cum seqq. usque ad ien. ubi declarat

It. non procedit contra eum qui realiter agit, uti per l. 3. § hiis verbis ff. de negot. gest. Latè Scaccia de Salu. interd. lib. 2. cap. 23. n.° 4. et seqq.

et collectas, et quod extra ciuitatem Fulginij, et per comitatum uadant baiuli ad subastandum ipsas res.

52a. rub. De rebus immobilibus datis in tenutam qualiter uendantur.

Item dicimus et ordinamus, quod si aliqua tenuta data fuerit alicui creditori de bonis immobilibus alicuius debitoris per curiam uel officiales co(mmun)is Fulginij, siue contumaciter, siue diffinitiue pro aliquo debito, uel ab ipso debitore data fuerit ipsa tenuta, ipse creditor ipsam tenutam teneat per tres menses, quibus elapsis liceat creditori ipsam tenutam uendere, facta prius subhastatione tribus uicibus in hac forma, Ut quod primo subastetur in cont(rat)a in qua debitor cum sua familia habitat, et commeuerit habitare, et post ipsam subhastationem factam expectet creditor per unum diem, secundo per interuallum unius diei, 3o subastetur in scalis palatij co(mmun)is Fulginij, et expectet creditor per unam aliam diem, et postea uendatur, et plus offerenti detur, dummodo post dictas subastationes, et bandimenta denuntiet debitori suo, ut ipsa recolligat, et ipsum per tres dies expectet post ipsa denuntiationem. Si uero debitor fuerit absens a ciuitate Fulginia, creditor ipsam denuntiam facere debeat, et teneatur ad domum, in qua debitor commeuerat habitare, presentibus aliquibus conuicinis, et his peractis possit ipsa uendere

sine curiae requisitione. Quae subhastationes et bandimenta,
atque protestatio et denuntiatio describatur et redicatur
in publicam formam per quemcumque publicum notarium
de civitate et districtu Fulginii. Et si aliter fierent
praedicta nisi ut superius est expressum non valeant,
nec habeant roboris firmitatem. Et tenutae rerum immo=
bilium valeant tertium plus debiti declarati, et
liceat postmodum creditori ipsam rem vendere
bona fide et sine fraude, et plus offerenti dare, et
iustum debitum cum expensis penes se retinere,
et superfluum restituere debitori, et si quid defuerit
in tantum sibi remaneat pro illo actio repetendi. Et si
non inveniretur emptor dictarum rerum immobilium
tunc dictae res immobiles in tenutam datae adiudicentur
creditori in solutum per dictos officiales, qui de causa
cognoverint pro iusto et competenti pretio sicut valet
ipsa res in contrata ubi iacet secundum extimationem faciendam
per duos convicinos ipsius rei, qui per ipsum iudicem
deputentur et eligantur neutri tamen parti suspecti
summarie ad ipsam extimationem faciendam
et cogatur debitor ad faciendum instrumentum illius rei
ad petitionem creditoris, et fructus ipso anno percepti
ex ipsa re sic data et vendita computentur in sortem.
Et idem dicimus de pensionibus conventionalibus,
salvis pactis inter contrahentes, et dicta venditio per
credi=

creditorem facta seruata in omnibus solemnitate
pred.a ualeat et teneat ac si facta esset per ipsum debi-
torem dominum d. rei. Et quod extra ciuitate Fulgin.
et per comitatum eius ad bandiendum et subastandum
ipsas res ubi iacent, et expedit fieri et bandiri, ua-
dant baiuli d. com. et quod per eos in ipsis bandimentis
et subastationibus factum fuerit plenam habeat
roboris firmitatem. 4

57.a Rub. Ut tenute date per curiam defendantur.

Item dicimus et ordinamus, quod si aliqua tenuta data fuerit legi.me
de bonis d.ni debitoris alicuius, siue per curiam, et
officiales com. Fulgin., siue per iudicem ordinarium, in
quem partes consenserint quibuscunq. creditoribus con
quoscunq. debitores Potestas et Capitaneus, et com. iudex
per se teneantur et debeant ipsam tenutam defendere,
et creditorem, seu creditores mittere in tenuta, et in-
ducere et defendere in possessionem ipsius siue possideat,
siue non sine inquietatione aliqua in ipsa tenuta
conseruare, et facere conseruari, et teneatur ad
petitionem petentis mandare unicuiq. non molestari
ad penam decem lib. den. com. Fulgin. applicand., ut
inductus modo pred. in tali possessione et tenuta non
molestetur, et intelligatur siue creditor, siue alius pro
eo possideat ipsam tenutam, siue non possideat. Et qui
contrafecerit ind.a pena x. lib. den. puniatur Potestas, uel

Cap.um debeat condemnari, et in maiori quantitate inspecta
qualitate personae. Et si Potas, Cap.us sive Rector praed.a
non fecerint perdant de suo salario 50. lib. den., et
nihil.s inductus in tenutam defendere teneatur, ac eu
conservare in ea. Et si aliqua tenuta data fuerit alicui
creditori per suum debitorem pro aliis debitis sive re
sit rata et firma ac si data esset per curia, et acce=
ptatio ipsius tenute seu rei valeat, et teneat sicut
si per curiam data esset. 2

54.a rub. De contentione inter creditores
quis potior sit in iure.

Item dicimus et ordinamus, quod si contentio oriatur inter
creditores de bonis alicuius debitoris quis eorum sit potior
in iure possessionis sive hypothece, Iudex coram quo debet
questio ventilari ad petitionem unius vel plurium partium
cognoscere debeat sine libello visis instrumentis sive iure
et iuribus utriusque partis, et potiorem in possessionem mittere,
et ipsum in ea defendere, non obstante quod talis missus
non inveniatur in ipsa possessione, et de praed.is cognoscere
possit Iudex Potis coram quo quis ob id voluerit litigare,
et ipsas questiones, vel questionem teneatur, et debeat
diffinire et terminare breviter et summarie, et
sine strepitu et figura iudicii; et illi cui fuerit primo
res obligata, possessionem rei ipsius dari faciat, et ipsu
in possessione ipsius defendere debeat, et teneatur, et sim

creditore

creditorem removere, nisi primo creditori debitum. Et hoc locum habeat in conventionali pignore, in pretorio vero fiat adiudicatio pro mensura debiti declarati. 2

55.a rub. Quod Potestas de contractibus non scriptis faciat fieri publicum instrumentum. 4

Item dicimus et ordinamus, quod de omni contractu non scripto, de quo non apparet publicum instrumentum, si pars probaverit vera esse quae petit, et voluerit inde fieri publicum instrumentum Potestas et Capitaneus teneantur facere fieri publicum instrumentum et tunc recipiantur testes, et iurent dicere veritatem et publicentur, et eis plena fides adhibeatur. Et predicta omnino faciant summarie, et sine oblatione libelli, litis contestatione, et sine strepitu et figura iudicij. 2

56.a rub. Quod Potestas et Capitaneus faciant observari promissiones et pacta. 4

Item dicimus et ordinamus, quod Potestas sive Capitaneus sive Rector, et eorum iudices, et alij officiales civitatis Fulginie teneantur et debeant facere observari omnes promissiones, pacta, et conventiones inter quascunque personas legitime factas, nisi legitimis exceptionibus elederentur. 1

57.a rub. Qualiter extrahantur rogationes notarij mortui.

Item dicimus et ordinamus, quod si quis ex mortuis notarijs, qui consueverint facere publica instrumenta mortuus fuerit, et dimiserit, seu reliquerit rogationes suas

embreviaturas, seu protocolla, et alia quæcunq. acta
alicui notario, ipse notarius cui commissio facta esset
seu fuerit teneatur exemplare de originali in publica
forma sicut sibi melius visum fuerit, et ipse notarius
cui commissum fuerit per se sine fraude prout facere
consueverit ipsum contractu in publica forma reducere
et reddere possit et teneatur personæ, cui deberet
et pertineret. Et in quantu d. contractus seu rogationes
extendendi essent possit et debeat d.us notarius extendere
et ordinare cum capitulis necessariis prout solitus erat
scribere et ordinare notarius mortuus, vel et not.
ubi tunc à civitate Bononiæ, cuius fuissent dicti
contractus, seu rogationes in talibus contractibus
vel similibus. et talibus contractibus extensis et ordinatis
in publicam formam redigere possit et debeat, ita tn
quod ob talem extensionem et ordinationem pd.m not.m,
cui commissum fuerit, et penes quem essent rogationes
et contractus pred. de ipsis contractibus et rogationibus
in aliquo facto substantia non mutetur, et in pactis
contrahentiu nihil minuat neq. addat, quod notarius
recipiat duos solidos et sex den. pro instro, et testam.
X. solidos si testamentum continebit centu lib. den., et
ab inde supra. si vero à centu lib. infra continebit
sex solidos den., et supra centu solidos den. et maiori
quantitate inspecta qualitate ipsorum instrorum, et

testam.

estamenti, prout Potas vel eius Iudex decreverit, et
possit ipsa publicare et reddere et restituere ad manu
Potis seu Iudicis sine publicatione illius notarij, qui
scripsit illas rogationes et contractus, ac si non continerent
appellationes, et sine libelli petitione, et pena dupli, et
sub obligatione suorum bonorum, et alijs solemnitatibus, et rogat
illa die cui commissum est vel fuerit teneatur adim=
plere sicut notarius mortuus facere conveniret in his
instris, et ponebat dum vivebat; et idem servetur in
scripturis rogatis et contractibus notariorum infirmorum,
vel absentium, qui fuerint casu aliquo aggravati.
et nullum aliud capitulum huic caplo contradicat.
et cuicunque vel quibuscunque ipse rogationes seu protocolla
pervenerint d.us notarius reddere teneatur, et non alijs.
et cuicunque notario commissum rogatus notarij mortui
vel notariorum mortuorum possit ex ipsis ipse exercere
publica instra, et in plenam formam restituere, et
dare teneatur absque licentia, et commissione alicuius
iudicis, vel consilij generalis communis, et sine sub=
scriptione aliorum notariorum, sed tantummodo subscriptio
illius notarij cui commissum fuit sufficiat, et valeat
et teneat, ac si publicata et facta essent in omnibus
et singulis capitulis, que requiruntur à iure, et cum
licentia d. consilij et auctoritate iudicis, et alijs solemnitatibus
à iure permissis, et cuicunque ipse rogationes et protocolla

commissa fuerint in sua persona habeat potestatem, et apud se debeat retinere. Item quod quilibet notarius nostrae civitatis et districtus in quolibet instro, quod fecerit teneatur ponere et scribere annos Domini et quamlibet quantitatem extense et non abbreviate, et hoc quilibet notarius facere teneatur iure. Commissio vero fieri debeat ab ipso notario, qui scripsit ipsas rogationes seu protocolla, aut ab heredibus ipsius, aut à consilio generali dictae civitatis. Et quilibet notarius teneatur et debeat reddere instrum et testamentum publicum pro salario in pnti declarato. Et qui contrafecerint pro qualibet vice in x. lib. den. coi Eugubinii condemnetur. Et hoc Potestas teneatur obervare sub pena 50. lib. den. de suo salario, in quibus si negligens fuerit per syndicum d. coïs coi debeat condemnari. Et quod dnus Potestas et Capitaneus populi dictae civitatis inr. teneatur dare operam efficacem quod rogationes et protocolla notariorum mortuorum, et qui in posterum morientur deponantur, et debeant deponi apud quemquam bonum et legalem notarium de civitate Eugubinia, sicut placuerit heredibus notarii mortui, et non apud aliam personam, et hoc ad petitionem cuiuscumque petentis nomen cuiuscumque etiam heredis infra quindecim dies postquam petitum fuerit.

50.a rub.

58.a rub. Quod in relictis usque in quantitate decem librarum sufficiat probatio trium testium etiam feminarum.

Item dicimus et ordinamus, quod in relictis, et qualibet alia ultima voluntate usque in quantitatem decem libr. den. sufficiat probatio trium testium etiam feminarum. 1

59.a rub. Quod prius conveniatur principalis quam fideiussor.

Item dicimus et ordinamus.

60.a rub. Quod quicumque habet unum stadium terre, seu minus iuxta aliquem, quod teneat a duobus, vel pluribus lateribus teneatur ei vendere.

Item dicimus et ordinamus, quod quicumque habet terram in districtu Fulginie extra carbonaria nova civitatis pred(icte) iuxta terram alicuius a quattuor, tribus, vel duobus lateribus, et est unum stadium, vel minus, quod talis habens dictam terram unius stadij, vel minus circundatam a quattuor, tribus, vel duobus lateribus ab uno consorte tantum teneatur eam vendere ipsi suo consorti, seu convicino pro competenti pretio, prout declaratum fuerit per duos amicos comunes ab utraque parte positos seu ponendos. Et ipse talis, qui teneret a quattuor tribus vel duobus lateribus suis terram, ut dictum est, teneatur emere eam. Et hoc non intelligatur de aliquo casaleno. 2

Circa hoc statutum vide Corn. cons. 29. lib. 2. et Cepol. in tract. de servit. rust. pred. in tit. de servit. vie in q. 20. n.o 34. et an habeat locum et compreh(end)at minorem vide Alex. in cons. 62. col. 4. circa fin. lib. 2.

a. iuxta terram §. Quid importet haec dictio, iuxta vide Bar. in l. decernimus de aqueduc. lib. xi. Alex. cons. 120. col. 2. lib. 2.

61.a rub. De testamentis mulierum. Populi.

Item statuimus et ordinamus, quod si aliqua mulier habens maritum et filium, seu filios ex eo condidit, seu condiderit testamentum sine presentia d.i sui mariti, ipsum testamentum non valeat nec teneat, nec habeat roboris firmitatem, et ipso iure pro casso, et vano, et nullius valoris penitus habeatur, et ex forma ipsius testamenti alicui legatario nullum ius acquiratur, et volens ipso uti non audiatur in iure. Item quod si aliquis filius matri sue donauerit, seu venditionem aliquam in forma cuiuscunque contractus fecerit de omnibus suis bonis, vel maiori parte ipsorum bonorum, et post dictam venditionem, seu donationem, seu contractum dictus eius filius mortuus sit, d.a sua matre superstite, quod pred.a mater filiis, seu filio d.i sui filii mortui d.a bona ei vendita vel donata à d.o filio restituere teneatur, et facere inde fieri pub.cum instrum. restitutionis sine aliquo pretio ad sensum et voluntatem sapientis d.i sui nepotis seu nepotum cum omnibus solemnitatibus necessariis d.o instro. Et pred.a Potestas et eius Iudex precise iur. teneatur et debeat fieri facere infra quinque dies postquam petitum fuerit coram eis aut altero eorum

An d.a mulier sine presentia, et consensu viri possit condere causa mortis, vide Alex. cons. 196. Soci. dilect. de art. test. tit.o 1. caut. 2. Char. de donat. § d. 5. Ceph. cons. 414. col. 3

eorum ad petitionem cuiuscunque consanguinei d. negotij seu negotium. Item quod si maritus d. talis mulieris, quæ condidit, seu condiderit testamentum non esset, vel non fuisset in civitate Fulginia vel eius districtu, vel fuisset, vel esset iusto impedimento impeditus, quod ipsa mulier possit condere testamentum in præsentia consanguinei ipsiusmet viri seu mariti, et sic conditum d. testamentum valeat. Item quod si aliqua mulier habens maritum decesserit intestata sine filijs legitimis, quod quarta pars dotis talis mulieris quæ decessit, seu decesserit, veniat in d.m suum maritum, et ipsi suo marito applicetur pleno iure, capitulo aliquo tam populi d. communis, quod in contrarium loqueretur, vel aliter capitulo non obstante. Et quod instrumentum dotale huius talis mulieris sic decedentis contra virum ipsius talis mulieris et eius bona executioni mandari non possit in quarta parte dotis præd. per aliquem officialem com. præd. ad petitionem alicuius personæ petentis, et si peteret non audiatur in sua petitione tam pater quam persona alia cuiuscunque cond.nis existeret pro parte mulieris præd. sic decedentis, et præd.a vendicent sibi locum, nec non valeant in muliere seu mulieribus habente seu habentibus patrem, et in non habentibus, ac etiam a supradicta parte quod dictum Item quod si aliqua mulier habens maritum decessit, seu decesserit intestata &c. Et præsentis usque ad finem huius præsentis capituli valeant et locum habeant in præterito, præsenti, et futuro. 4

a. sine pntia. § An aut istud statutum valeat vide per Bar. in l. si cum dotem § eo autem tempore ff. sol. matrim. per Jas. in l. stipulatio hoc modo concepta 1. not. ff. de ver. oblig. Socin. iun. cons. 41. lib. 1. per Dec. in cons. 405. ubi tenent quod valeat, ibi tamen dicit Dec. quod non habet locum tale statutum qn locus piius esset institutus here[dem]. An aut habeat locum in desponsata per verba de pnti; vide qt Stip. de Marhil. in sing. 106. Cautela tamen est quod d.a mulier, seu eius consanguinei nomine ipsius faciant citare virum, casu quo nollet accedere, et tunc testamentum valebit etiam sine eius pntia, et ita vidi servari.

b. Applicetur § de ista materia habetur supra in rub. 44. An aut istud statutum valeat et habeat locum in desponsata per verba de pnti vide omnino per Stipp. de Marhil. in sing. 106. An aut statutu istud procedat in dote tm promissa vide d.a in rub. 44. et ibi in addit.

49. rub. Quod mulier ante ingressum faciend. per eam pro Moniali in aliquod Monasterium possit donationem facere de bonis suis patri aut matri ipsius, et alijs quibuscunq, quibus sibi placuerit. Populi.

Item in quodam statuto cois cum contineri dicatur, quod nulla donatio fieri possit per aliquam personam a 25. lib. supra, nisi certa forma tradita p d.m statutu servata: idcirco dicimus et ordinamus quod ca[pitu]lum statuti pred. sic continentis se non extendat, nec locu habeat eo casu, quo si aliqua mulier intrauerit, aut intrare voluerit pro Moniali in aliquod Monasteriu, donatione de bonis suis facere possit, et bona sua donare patri, vel matri ipsius mulieris donantis, et ipsa donatio per ea sic facta, vel facienda valeat, et teneat d. capo stat. cois, de quo supra fit mentio, seu alio quocunq loquente in contrarium non obstante. Et pred.a vendicent sibi locum in pnti, preterito, et futuro, et in donationibus

sic iam factis per mulieres pred.as Item quod d.a mulier
quecumq. ante ingressum predictu posit d.a sua bona
in totum vel in partem donare prout sibi placuerit
patri, vel matri, filio, vel filijs, aut filiabus, fratri, vel
fratribus, sorori, vel sororibus suis carnalib., nepoti,
aut nepotibus suis carnalib., aut alteri eor., prout sibi
placuerit et videbitur faciendu. Et posito quod non
haberet aliquem, vel aliquam ex pred.is possit d.a mulier
ante ingressum predictu ipsa sua bona in totu, vel in
partem donare, et instrum facere donationis cuicunq.
sibi placuerit, et ipsa donatio, sive donationes d.o modo
et tempore facta seu facte valeant et teneant, et
semper plenam habeant roboris firmitatem capitulo
aliquo statuti tam populi q. com. ante vel retro posito,
quod in contrarium loqueretur non obstante. Item si
aliqua persona. num condiderit testamentu seu aliam
quamlibet ultimam voluntatem, et in ipso suo testamento
seu alia quacunq. ultima voluntate aliquid de suis
bonis in totum vel in partem alicui reliquerit, ut puta
patri seu matri, filio seu filijs, aut filiabus, et e converso
pater patri, seu fratribus, et soror sorori, quod ex dicto
legato seu relicto vel legatis d.o modo factis gabella aliqua
non solvatur. 4

204a. Rub. De mulieribus male famæ, et conditionis expellendis. Populi.

Item dicimus et ordinamus, quod mulieres malæ conditionis et famæ morantes à carbonarijs novis rattas civitatis Fulginei penitus expellantur, ita quod ad dictum locum redire non possint, et Capitaneus populi vinculo iuramenti et sub pœna 50. lib. den. de suo salario retinendorum ad petitionem cuiuscunque petentis possit, teneatur, et debeat inquisitionem facere de prædictis, et quas invenerit mulieres malæ famæ et conditionis penitus expelli facere teneatur. et ad prædicta probanda sufficiat publica fama vicinorum, sive vicinantium usque in quantitatem quinque testium si fuerint masculi, si vero fœminæ seu mulieres fuerint usque in quantitatem decem testium de publica fama fide dignorum, quæ pro plena et sufficienti probatione habeatur, capitulo aliquo in contrarium loquente non obstante. — 2

Tabula rubricarum huius secundi libri.

1 A De Alimentis praestandis. fol. 199.

A. Alienarum litium redemptoribus. 212.

2 A Appellationibus, et petitione consilij. 191. 195.

A Arbitris recipiendis, et modo servando per eos. 190. 193.

1 C Contentione inter creditores, quis potior sit in iure. 220.

2 C Curatore dando illi qui male facit facta sua. 132.

3 C Conductoribus terrarum et vinearum. 136.

3 A Copia exhibenda actorum et processus parti litiganti. 179.

1 D Donationibus non faciendis. 213.

2 D Debito non petito infra decem annos. 214.

3 D Divisione rerum mobilium vel immobilium fol. 113.

2 E Electione et officio baiulorum fol. 117.

E1 Electione consiliariorum et eorum officio 124.

E2 Edificijs pendentibus super domos et edificia aliena. 141.

E3 Emancipatione facienda, et modo in ea servando. 144.

E Executione instrumentorum. 164. 173.

F Ferijs et diebus feriatis. 174.

C His qui habent instrumentum omnium bonorum vel maioris partis. 213.

4 C4 His qui possederint aliquam rem communem fol. 115.

5 C His qui exigiunt venire ad consilium 127.

4 D. His, qui dubitaverint ne aliquis habeat aliqua iura in aliqua possessione quae forma servetur. 153.

H. His qui negaverint aliquem fuisse vel esse publicum notarium. 162.

I. In ius vocando, et quando debeant fieri citationes. 156.
J. Iudicijs et iudiciorum ordine. 160.
L Laboratoribus terrarum et vinearum. 140.
L Mulieribus decedentibus ab intestato, et quarta parte
dotis applicanda marito. 207.
M Mulieribus male famae et conditionis expellendis. 230.
N. Nunciatione novi operis. 142.
N Negantibus paternitatem, filiationem, et matrimonium. 162.
O Officio iudicis D. Capitanei. 179.
J. Potestate, Capitaneo, Prioribus, et alijs, qui iura reddere
teneantur, et eorum officio. 151.
Q Quod bona data pro dote alicuius mulieris adiudicentur. 211.
m Quod Potestas de contractibus non scriptis fieri faciat
publicum instrumentum. 221.
P. Quod Potestas et Capitaneus faciant observari promissiones 221.
N. Qualiter extrahantur rogationes notariorum mortuorum. 221.
L Quod in relictis usque in quantitatem decem librarum
sufficiat probatio trium testium etiam feminarum. 225.
R Quod quicumque habet unum stadium terrae, seu minus
iuxta aliquem, qui teneat a duobus, vel pluribus
lateribus teneatur ei vendere. 225.
i B Quod nullus baiulus debeat in pignus aliqua arma
recipere, nec pannos de dorso. fol. 123.
T.- Quod nulla persona cogatur ad testandum. 149.
S Quod mulier ante ingressum per ea faciat promissionem. 220.
F.- Quod prius conveniatur principalis quam fideiussor. 225.

234.
234

S Quod nulla statuta, ordinamenta seu capitula fiant, seu fieri possint contra statuta provisionum seu ordinamenta communis et populi civitatis Fulginii. 155.
I. Quomodo et qualiter dessi debeat iuramentum parti debito in relatione deducto § 190.
M. Rebus mobilibus datis in tenutam § 216.
I. Rebus immobilibus datis in tenutam quatr. § 217.
6 D. Rebus que commode dividi non possunt. 115.
E 5 Rebus que tenentur concesse in emphyteusim. 127.
L. 25 Relictis et ultimis voluntatibus satisfaciendis § 147.
T. Ratione reddenda per tutores pupillis. 149.
S Successionibus mulierum ab intestato. 202.
S Salariis solvendis in causis. 176.
Q Summariis et extraordinariis cognitionibus. 177.
T. Testamentis mulierum 226.
T. Tutore et curatore dando pupillis vel adultis. 131.
7 D Ne quod datum fuerit in augmentum dotis § 212.
M. Ne tenute date per curiam dessi dandi. 219.
E 6 Ne nullus recipiat ad scriptum aliquod capsalem. 131.
S. Ne nulla statuta fiant contra libertatem ecclesiasticam. 155.
V. Usurariis et mutuantibus ad usuram. 190.

236

BIBLIOTECA